ni ista pnia. vnde sciendum q̄ non dz imponi nisi pro graui et enormi ac vulgarissimo crimine. quod totam commouerit vrbem vel communitatem. nec debet imponi clerico nisi deposito ⁊ qui semel eam egerit nō potest promoueri ad sacros ordines nec ministrare in ordine suscepto. li. di. c. Ex penitentibus. xxxvi. illiteratos. Ratio aūt huiꝰ prohibitionis est quadruplex. Prima est ordinis excellentia qz non sunt digni suscipere vasa. sacrorum. i. ordinis qz dudum facerunt vasa vitiorum. licet enim peccatum deletum sit per penitentiam remanet tñ aliqua cita rix. i. aliqua irregularitas que ipsū impedit a susceptione sacri ordinis. Secunda causa est timor labendi ex prima consuetudine consurgens. ferens enim memorandi criminis labem non habet sacerdotii lucidā dignitatem. lxi. di. in sacerdotibus. Tertia causa est propter scandalum populi. cum enim talis pnia nonimponatur nisi pro crimine enormi et vulgarissimo quod totam cōmouerit vrbem nō possit talis sine magno scādalo ministrare. li. di. De his vero. Quarto causa est qz non hz frontem redarguendi alios cum ipse sit conscius sibi se cōmisisse illa eadem vel maiora que corripere et. xxvi. ca. Primum. et li. di. iudei. Dispensatur aūt cum solemniter penitente in minoribus ordinibus propter necessitatem vel vtilitatē ecclesie dicitur li. di. placuit. Et si queras quis potest facere dispensationem. Dico q̄ epūs ex quo nō est sibi spiritualiter prohibitum. extra de sen. excō. Nu. ⁊ si dicas contra per illud dicitur. li. di. ca. expe. Vbi dicitur q̄ epūs ordinans scienter solenniter penitentem debet priuari potestate ordinandi. Dico q̄ non obstat qz istud intelligitur cum ordinat sine causa legitima. et absq̄ dispensatione siue cum inordinate dispensat. li. di. Si in aliquo. Solemniter enim penitens non potest contrahere matrimoniū: si tñ contraxerit tenebit: probantur ista. li. di. confirmandi. ⁊. xxvi. q. vi. c. vi.

Quarto notandum est a quo pōt imponi penitentia solēnis et est sciendū / q̄ solennis pnia non debet imponi nisi ab epo vel de mādato eius a sacerdote. Solus etiā epūs vel in articulo necessitatis de mandato eius sacerdos poterit reconciliare

solenniter venitens ⁊ li bñ penituerit reconciliari infra octauas paschę ⁊ cõicare ⁊ habere ingressum ecclesie. Sinautẽ manebunt sic vsq; ad finem vite. Et de hoc habetur. xxvi. q. vi. ca. fi. Et qz ista materia magis tangit reuerendo ⁊ sanctissimos ẽpos quoz seruus ⁊ discipulus ego sum q; simplices sacerdotes ideo nichil plus dico de ista materia.

¶ Ca. iii. de penitentia publica.

PUblica pnia vocatur pzopzie illa que i facie ecclesie nõ tñ cum predicta solennitate fit sicut qñ iniungitur peregrinatio per munda cum baculo cubitali vel cum veste alicqua vel cum aliquo tali. Et hanc posset vt credo imponere quilibet confessoz confitenti sibi quia non inuenio pzohibitũ nisi forte consuetudo ecclesie in oppositum esset vel nisi ẽps reseruauerit sibi. ¶ Et nota q; ista pnia non debet imponi clerico nisi depposito nec etiam debet imponi laico nisi pzo crimine graui et manifesto: et qz iudicare de criminibus grauibus et manifestis etiam pertinet ad ẽpos credo ⁊ consulo q; ille cui est talis penitentia imponenda esset ad ẽpm remittẽdus. Pzobãtur ista de pe. di. vi. Sacerdos. Et credo q; talis pnia posset iterari totiens quotiens iteraretur peccatum pzo quo est imponenda. de. pe. di. iii. c. Reperiuntur. ꝛc. Speties in die cadit iustus. Adhuc instant perfide.

¶ Ca. iiii. de pzima penitentia.

PEnitentia pziuata est illa que singulariter ⁊ priuate fit cum quis quotidie petã sua secrete confitetur sacerdoti et ista specialiter hic intenditur. Pzo quo sciendum q; quelibet perfecta pnia hz tres partes. scz cozdis contritionẽ / oris confessionem: et operis sanctificationem. et hec est seba diffinitio pnie. vnde iohan. crisost. Perfecta pnia cogit peccatoẽ omnia sufferre. in cozde enim est contritio in oze confessio et in opere satisfactio ⁊ tota humilitas et hec fructifera pnia de pe. di. pzima c. perfecta. Quia enim tribus modis offendim⁹ deum. s. cogitatione delectatione imprudentia locutionis et superbia operis vt secundum regulaz medicozum contraria contrariis curentur tribus modis opz q; satisfaciamus. s. coz-

dis contritione oris confessione et operis satisfactione. vnde penitentia sic perfecta est illud felix et beneficium triduū qō petebant filii israel. i. deum per fidem videntes in egyptū. i. in tenebris petōr ereuntes dum dicebant deus hebreorū vocauit nos: vt eamus viā trium dierum. s. contritionis cōfessionis ⁊ satisfactionis in solitudine huius mundi ⁊ sacrificem⁹ sacrificium s. pnie dño deo nr̄o ne forte accidat nobis pestis .s. culpa in pñti. ⁊ gladius. i. pena in futuro. Pnia etiā sic perfecta est illa scala benedicta cum istis tribus gradibus quā vidit iacob erectā a terra vsq; ad celum ⁊ dñm innixū scale. Et hoc ꝓpter tria. Primo vt ascēdentē per eā fortiter sustineat. Secundo vi si necessitas forte fuerit ascēdenti p eam manū porrigat. Tercio vt ascendens per eam cū fatigatus fuerit in ipm respiciat ⁊ iactet totam fiduciam suam in eum. Non est enim ita crudelis (vt ait aug. vt ipr cadere permittat. In primo gradu est dolor in sēdo pudor. in tercio labor. De his ergo tribus ptibus pnie per ordinem est dicendum ⁊ primo de contritione. ¶ Tractatus secundus sēde partis principalis de contritione septem habens capitula.

QUeca contritionem septē sunt ordinem considerandā. Primo quid est contritio. Secundo de quātitate contritionis. Tercio de eius qualitate. Quarto de eius duratione. Quinto de quibus dr esse. Sexto que est causa inductiua eius. Septimo de eius effectu.

¶ Ca. i. quid est contritio.

AD videndum quid est contritio. Notandum q; cōtritio hic sumitur ad similitudinē contritionis que fit in corporalibus. vñ sciendum q; res dr corporaliter conteri qñ in minutas partes teritur sicut species aromatice teruntur in mortariolo. Unde differentia est inter contritionem ⁊ fractionē Nam fractio est qñ res frāgitur in magnos partes: contritio est qñ frangitur seu teritur in minutas partes. dolor ergo de peccatis dr contritio non fractio ad designandum q; non solum penitens debet de peccatis suis in gñali conteri. immo de quolibet in spāli: de hoc hor tñ magis dicetur in quito ca.

huius tractatus. Sz quare dr̄ magis contritio q̄ dolor scien dum q̄ scd̄m q̄ dicit btūs benardus sup cantica ideo dicitur contritio et non dolor. qz sicut vnguentum sanatiuum confi tur ex multis herbis triticis in mortariolo sic vnguentum cō punctionis seu contritionis conficitur in verbis multorū pec torum natis in aīa peccatoris (qz vt dicit psal. lxii. Iu tera de serta inuia ⁊ inaquosa) tritis in mortariolo conscientie ⁊ licz illud sit vere et sctissime dictum nō tn̄ bene reddit illi⁹ quod queritur qz scd̄m hoc homo magis diceretur conterens q̄ cō teri ⁊ pctm̄ diceretur contritū. Iō sciendum q̄ in contritione tria sunt attēdēda primū quid est illud qd̄ cōterit̄ scd̄z a quo cōteritur. terciū ad quid cōteritur seu ad quid cōtritio termi natur. Illud quod conteritur est cor pctōris quod est quasi vas fictile repletum veneno pcti et iō iohel propheta indicēs auctoritate dei contritionem dixit. Cōuertimini ad me in to to corde vr̄o in ieiunio ⁊ fletu et planctu ⁊ scindite corda ve stra. s. contritione. Illud a quo conteritur cor pctōris est du plex mola. quarum vna est superiori. sursum eleuans. et ista est spes venie ex consideratione diuine mie proueniens alia autem mola est deorsum deprimens et ista est timor pene ve niens ex consideratione diuine iusticie. Et istas duas molas debet tenere sp verus penitens nec vnq̄ dz eas dyabolo pi gnori tradere. in cui⁹ figura dicitur in dēter. iii. Nō accipias loco pignoris superiorem et inferiorē molā. i. nō desp es ꝓpt̄ magnitudinem ⁊ enormitatē pctōꝝ tuorū sed semper spera in dei mīa nec presumas sed time grauitatem tormentorum ex dei iusticia illud ad quod contritio terminat̄ est vt cor pec catoris durum vt lapis emolescat et liquefiat vt cera ideo scriptum est cor durum male habebit in nouissimo die iō ve re contritus potest dicere. Factum est cor meum vt cera lique scens. Et de tali corde dicitur. ps. l. Cor contritum et humili tatum deus non despicies. Visa ergo proprietate huius noīs contritio videndum est quid est contritio. vnde sciendum q̄ contritio a magistris sic diffinitur. Contritio est dolor voluntarie pro peccatis assumptus cum proposito confitēdi

et satisfaciendi. Ad euidentiam illus diffinitionis viden
dū est de singulis partibus positis in ipsa diffinitione. dr̄ eni
contritio est dolor. Cum ei scdm ꝙ dictum est contraria con-
trariis curantur et cum medicina dz esse contraria infirmita
ti et contritio sit medela pcti: et in pctō fuerit delectatio opz ꝙ
in contritione sit dolor ⁊ ita dr̄ in apo. xviii. c. Quantum gli-
ficauit se et in deliciis fuit in pcti ꝑpetratione: tm̄ ei date tor
mentum ⁊ luctum in contritione. Notandum tn̄ ꝙ in contri
tione non solum est dolor sz etiam est gaudium qm̄ cū pctōr
recordatur se per pctm̄ offendisse deū creatorem suū qui eum
creauit ad ymaginem suā et patrem suum celestem qui eum
pascit corporaliter ⁊ spiritualiter et redemptorem suū qui eū
liberauit per suum propriū sanguinem a pena ⁊ perpetua dā
natione: recolit etiam se per pectm̄ suum amisisse gliam pera-
disi et incurrisse penam inferni dolere debet: sed qn̄ cogitat
se per istū dolorem a pctō liberari et reconsiliari deo gaudet
et non immerito: sicut em̄ gaudet ille qui primo in naufragio
exn̄s naufragiū euasit sic vere ꝯtritus debet gaudere dū se vi
det pcti naufragium euasisse. Sequitur voluntarie assump-
tus cū em̄ deo non placeant coacta seruitia nisi dolor contri
tionis esset voluntarius non esset deo acceptus. Si em̄ pctm̄
(teste beato augustino) coacte agimus nec est voluntarium
iam non est pctm̄. Sed contricio debet esse voluntarie assūp-
ta ꝙ si non est voluntaria iam non est contricio. Et ratio isto
rum qz opz ꝙ omnis actus meritarium et demeritorius sit a
voluntate elicitus siue imperatus alias non esset meritorius
nec demeritorius. Sequitur cum proposito confitendi ⁊ sati
faciendi. vere em̄ contritus debet esse in proposito confiten-
di et satisfaciendi quando habebit oportunitatem Alias con
tritio sua esset falsa et nulla et ratio est quia cum ad perectio
nē totuis integritatis requiratur ꝙ omnes partes eius sint
simul / sicut ad perfectionem domus requiritur ꝙ tectum pa-
rietes et fundamentum sint simul. ita ad perfectionem vere
penitentie requiritur ꝙ ista tria. scz contritio / confessio / et sa
tisfactio que sunt partes integrales eius inq̄tum est sacramē

tum simul sint vel in re vel in voto

¶ Ca.ii.de q̃titate cotrititionis.

Quantitas contritionis mensuratur penes q̃titatem doloris q̃ essentialiter est ipsa ꝯtritio vel est causatus vsus a contricione. Vñ notandũ ꝙ in contritione est duplex dolor scdm ꝙ dolor dr̃ duobus modis. Nam dolor vno modo idẽ est ꝙ displicentia voluntatis inq̃tũ. s. voluntari displicet rẽ aliquam fore vel fuisse. Alio modo idem est ꝙ passio est resultans in sensualitate. i. in carne inq̃ tũ. s. in parte sensitiua sentur aliquis dolor ex illatione alicuius nocumenti sicut qñ sciditur membrũ vel vulneratur corpus vel comburitur vel aliquid tale paritur. loquendo de dolore primo mõ prout dolor est displicentia voluntatis talis dolor est essentialiter ip̃a cõtritio. et sic dolor contritionis dz esse ⁊ est maximus s. vera cõtritio vñ dico ꝙ pctm̃ debet displicere voluntati et rõne tm̃ ꝙ nec pacto nec cõmodo vel in commodo ꝓ vllare velles in ip̃m consentire vel consensisse rõ huius est qꝛ contritio si sit vera non põt esse sine caritate. Ad hoc ꝙ aliquis habeat caritatẽ quantũcunqꝫ paruã necesse est ꝙ diligat deũ super oĩa sic ꝙ pro nullo dãno vel commodo velit offendere vel offẽdisse deũ. et ideo cũ peccatũ sit offensa dei tunc pctm̃ debet displicere voluntati informante caritate qualis debet esse et est voluntas vere contriti quare volũtas contriti debet esse ꝙ nullo modo nulla sorte nullo damno vel cõmodo velit ip̃m peccatũ facere vl' fecisse. Et hoc est qd̃ dicitur in hiere. vi. c. vbi dicitur. Luctum vnigeniti fac tibi vicit glo. Dicet penitentem quid facere debeat. et sequitur. Nichil dolẽtius est morte vnigeniti ita nichil dolentius debet esse q̃ offendisse deũ per peccatum. Et sic dico ꝙ loquendo de dolore prout dolor dicitur displicentia voluntatis dolor contritionis est maximus ita ꝙ non põt esse maior. Si aũt loquatur de dolore prout noĩat dolorem creatum siue causatum in sẽsualitate sic talis dolor est effectus ꝯtritionis inquantũ. s. aliquis vere et perfecte fuerit contritus ex dolore primo. s. ex displicentia voluntatis ⁊ detestatione pcti inquantũ est offensiuũ dei ꝓrũpit in fletus la

menta ⁊ lachrimas. Sicut legitur de btā maria magdalena ⁊ de beato petro apostolo ⁊ sic dico q̄ non opz q̄ in contritione ille dolor sit maior quocunq; alio dolore videmus enim multos viros ⁊ mulieres vere penitentes secundū q̄ humanitas potest cognoscere qui magis flent ⁊ plorant pro morte consanguineorz vel amicorz suorū vel amissione alicuius rei temporalis q̄ plorant vel fleant pro peccatis suis. et ratio huius est: cum enī ille dolor sit in afflictione sensualitatis ⁊ afflictione que est in sensualitate sequatur exprimentalē et sensualē cognitionem ⁊ pauci immo paucissimi sunt qui habent ita sensualem seu experimētalē cognitionē diuine deuotionis sicut habēt delectationes illorum corporalium seu rerum tp̄alium ideo pauci imo paucissimi sunt qui ita sensualiter doleant de pctō sicut dolent de aliquo tp̄ali seu corporali ⁊ si inuenirent aliqui essent multū laudandi ⁊ multū perfecti. Si ergo pz q̄ loquendo de dolore p̄t dolor dicit displicentiam voluntatis q̄ dolor contritionis dz esse maximus. i. maior quocunq; alio dolore loquēdo aūt de dolore p̄t dicit passionem resultantez in sensualitate sic non est necessarium q̄ dolor cōtritionis sit maior quocunq; alio dolore esset th̄ multū congruū. Sed q̄d vere penitens ⁊ contritus nunq̄d dz plus velle sustinere quā cunq; aliā penam tp̄alē sicut infirmitatē vel morte vl̄ q̄cūq; aliā penam q̄ peccasse vel peccare. Dico q̄ null⁹ in mēte sua dz sibi ponere talez questionē etiā nec alicui alii qz illud esset seip̄m vel aliū ponere tentationē ⁊ mēs hūana est multū infirma expte sēsualitatis q̄ semp refugit morte ⁊ mala tp̄alia et corporalia ēt q̄tuncūq; sit hō pfect⁹. Sicut pz in saluatore dño iesu xp̄i q̄ imminēte hora passionis dicebat. tristis est aia mea vsq; ad mortem. et hoc q̄tum ad sensualitatem vsq; ad mortem. et exponens seip̄m dicit. Spūs. i. rationalis voluntas promptus ad sustinendum mortem caro aūt. i. sensualitas est infirmita qz refugit mortem quare nemo dz se ponere in tazi perplexitate nec confessor dz hoc interrogare. istud aūt requiritur in quoz solenniter penitente de necessitate q̄ vbi necessitas foret prius sustineret omnem penam q̄ offenderet

deum per pctm̄. ¶ Ca.iii. ꝛ qualitate contritionis.

Nunc de qualitate contritionis agendum est circa quaꝫ sciendum est ꝙ contritio debet habere septem conditiones. Primo debet esse discreta. vnde debet esse cuꝫ spe venie ita ꝙ vere contritus nunq̄ debet desperare de venia sed semper debet sperare de dei mīa quia deus potest plus parcere q̄ homo peccare. aug. super illud verbum quod dicit cayn. gen̄. iiii. c. Maior est in. quitas mea q̄ vt veniam merear. dicit / meo tiris cayn. quia maior est dei pietas q̄ tua iniquitas. Et ambro. Nemo desperet qꝛ iudam proditorem non scelus qd̄ commisit sed sua desperatio fecit penitus interire. Sed quia nemo scit vtrum dignus sit amore vel odio dei ideo non nimis presumere sed semper debet timere / quia initium sapientie timor domini. et ideo verus penitens granum. s. animā suum dꝫ tenere inter duas molas. s. timoris et spei vt ex farina sic trita barutelo discretionis mundata / aqua lachrymarum. i. compunctionis cōmixta panem bonum in clibano cordis igne caritatis decoctum fiat hospiti suo. scilꝫ christo ita ꝙ in die iudicii dicatur ei. Esurivi et dedisti michi manducare. Secundo debet esse amara ꝛ ita dicebat iste sanctus rex exechias Isaye. xxxviii. Recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine anime mee. Et si sic talis faciet pacez inter deū ꝛ animam peccatricem. Unde idē ezechias. Ecce in pace amaritudo mea amarissima. amara ergo debet esse contritio: qꝛ peccator debet esse contritus eo quod delectatus fuit in cogitatione illicita / amarior qꝛ consensit / amarissima qꝛ opus illicitum perpetrauit. et si sic faciet poterit dicere si contritus illud quod sequitur. Tu autem eruisti animam meam vt nō pesiret proiecisti post tergum tuum omnia peccata mea. Tertio debet esse lachrymosa. Unde psal. vi. Lauabo per singulas noctes lectum meum. s. conscientie lachrymis meis stratum meum rigabo: et sic fecit beata maria magdalena que lachrymis suis lauit pedes domini nostri iesu christi et ideo sibi fuerunt peccata remissa. Quarto debet esse premeditata vt in preallegata auctoritate. Recogitabo tibi omnes ānos

meos.ꝛc.de hoc dicit. Ysaias loquendo aie peccatrici.Lume et tharam.l.penitẽtie circuiui ciuitatem.l.sanitatẽ anime mee cogitando et rememorando singula peccata meretricis id est anime peccatricis que peccando cum dyabolo fornicata est et obliuunt tradita est.i.a deo propter peccatum suum oblita. Quinto debet esse vniuersalis id est de omnibus peccatis.Sexto debet esse durabilis.i.continua et de his duob⁹ dicetur in duobus ca.sequentibus. Septimo debet esse integrum id est cum proposito confitendi ꝛ satisfaciendi alias non esset contritio sed derisio.Et hoc dictum est supra in.i.ca.

¶ Ca.iiii.de duratione contritionis.

AD sciendum q̃tum debeat durare contritio. Notandũ q̃ sc̃m q̃ dictum est supra ca. ii. In contritione est duplex dolor vnus qui idem est quod detestatio siue displicentia voluntatis et iste dr semper durare q̃diu nõ venit. Notãdum tñ q̃ cum preceptum de contritione sit affirmatiuum et preceptum affirmatiuum obligat semper sed non ad semper sed pro loco et tpe preceptum de contritione sic obligat q̃ nõ opr q̃ sit semper in actu conterendi sed q̃ñcũq̃ occurret ei memoria de peccato q̃ displiceat sibi illud peccatum fecisse ꝛ ita intelligitur illud verbum beati aug. in li.de.pe. vbi dicitur. Semper doleat et dolore gaudeat et sequitur vbi dolor fruitur ibi pnia deficit. Unde q̃ñ dicit semper doleat intelligendum est semp.l.q̃ñ occurret sibi memoria de petõ. Silr q̃ñ dicit vbi dolor finitur intelligendũ est semper vel actu vel hitu Et cã quare sic dr durare contritio est qr nemo est certus ad minus de lege cõi si petñ est sibi remissum per contritionem q̃ñ nescit si contritio sit sufficiens vnde dicit in ecclesiastico de propriatu noli esse sine metu. posito enim q̃ aliquis sciret per reuelationẽ dinã petñ sibi fore remissũ adhuc dr sibi displicere peccasse q̃ñcunq̃ occurret sibi memoria de petõ alr's peccaret nouo petõ qr sicut culpa est velle peccare ita culpa ẽ vel le peccasse. alius dolor est in contritione.l.dolor qui resultat et redũdat in sensualitate q̃ñ hõ displicentia petĩ prorumpit in fletum et lachrymas.et talis dolor non opr q̃ semper du-

ect cum pauci immo paucissimi sint qui etiã vna hora possint sic petã sua plorare ꝯtominus tãto tpe vite sue et tñ multe perfectionis q̃ semper dñ recordaretur de petis posset ea plã gere. sicut legitur de beato petro apostolo q̃ portabat sudarium in sinu suo cum quo tergebat lachrymas suas qz q̃n recordabatur peccati qđ fecerat q̃n negauerat xp̃m non poterat lachrimas continere et tñ bene sciebat xp̃m sibi dimisisse peccatum. ¶ Ca. v. de quibus dz esse contritio.

PEccatorum quoddam est actuale et quoddã originale. Actuale est quod contrahitur actu propio. s. quando hõ agit quod agere dz vel q̃n nõ agit qđ agere dz. Et isto mõ diffinitur sic pctm̃ est oẽ factũ vel dictum vel concupitum cõtra legendi dei. Originale pctm̃ est qđ hõ ex origine cõtraxit inquantum. s. hõ descendit ab adam sc̃m rõnẽ seminalẽ ita q̃ pctm̃ originale formaliter nichil aliud est ꝙ carentia iustitie originalis vñ sciendum est q̃ adam in sui creatione acceperat a deo quoddã domum supnaturale quod vocabat iustitia originalis que iustitia ita ordinabat hoiem a dẽ q̃ anima hois in omnibus obediebat deo ita q̃ nullo modo mouebatur cõtra dei voluntatẽ. et corpus ita obediebat aie q̃ nullomodo mouebatur cõtra voluntatẽ aie vel contra imperiũ rõnis. Et p illud domum aialia erant subiecta hoi ⁊ obediebant ei ad nutũ iuxta illud psalmiste. psal. viii. Dia subiecisti sub pedibus eius. ⁊ c. Illud domum acceperat non solũ adã pro se sz etiam pro tota posteritate sua ita q̃ in oẽs q̃ descenderant ab eius scie ipse transfunderet illud domum. i. istam iustitiam originalẽ. Et isto dono q̃ pctm̃ suum ipse prinauit se et totam posteritatẽ suã ita q̃ oẽs qui descendunt ex eius scie carent isto dono et talis carentia vocatur pctm̃ originale. Ad videndũ ergo de quibus dz esse cõtritio. Primo videndum est vtrum hõ debeat cõteri de pctõ originali. Ad quod dicendum est q̃ non. Cuius ratio est qz solum dz hõ de illo cõteri ⁊ dolore quod est actu ꝓpio cõmissum vel quod fuit in ptãte non committere. Sed pctm̃ originale non fuit actu propio commissum nec fuit in ptãte alicuius nõ committere

illud quare nō tenetur dolore vel cōteri de pctō originali. Et dico nullū conteri de necessitate congruū tñ esset adulto qui accedit ad baptismū vt ei displiceat pctm̄ originale non in speciali quali fuerit contrictū per ipm̄ sed in gñali inq̄tū ꝛz omne quod sepat at a deo debet displicere. De pctō aūt actuali quō homo debet cōteri de eo notandū q̄ in genere duplex est pctm̄ actuale. quoddā est mortale aliud veniale. De pctō aūt mortali homo debet conteri et confiteri singulariter de quolibet ita q̄ non sufficit contritio siue confessio generalis immo quilibet verus penitens debet diligenter examinare suam conscientiam et discutere ita q̄ recogitet dies/horas/tpa/loca/ ꝛ personas et oēs circumstantias in quibus cum quibus peccare potuit pctōꝛ ꝛ peccauit. Et ita sicut occideret sibi memoria de pctō quod signanter ꝛ singulariter perpetrauit conteratur et confiteatur de quolꝛ pctō mortali ita tñ q̄ ꝛz de quolꝛ pctō mortali verus penitens debeat summe et maxime dolere tñ scōm q̄ vnum pctm̄ est grauius q̄ aliquid attentius ꝛ intentius dꝛ dolere et conteri de vno q̄ de alio. Sꝛ quid ſ et de pctis oblitis. Dico q̄ aliquis pōt esse oblitus petōꝝ suorū duobus modis. Uno modo q̄ sit oblitus in speciali sed nō in gñali. i. q̄ bene recordetur se peccasse mortaliter sed non recordatur de specie peti puta si furatus fuerit aliquid vel fornicatus. ꝛ sic de aliis. Et talis tenetur dolere ꝛ conteri in gñali de pctō et in speciali confiteri de negligentia sua per quam venit in obliuionem peti sui et tenetur facere qō in se est ad hoc. s. q̄ recordetur in speciali de pctō suo vel cogitando vias suas vel orando deum q̄ reducat sibi ad memoriam. Alio modo pōt esse oblitus peti sui ita q̄ non recordatur nec in gñali nec in speciali et ad hue tenetur conteri in gñali. Et voco conteri in gñali non sub conditione. i. dicendo vel cogitādo. Doleo et cōteroꝛ si peccaui. Sed voco conteri in speciali sub estimatione pꝛobabili. debet enim homo pꝛobabiliter credere q̄ in multis offenderit deum quoꝝ non recordatur: ꝛ si sub ista estimatione doleat et peniteat sicut si certus esset contrit⁹ est ex penitens. vnde quilibet debet frequenter dicere verl⁹ psal

miste. psal. xxx. Delicta iuuentutis mee et ignorantias meas ne memineris dñe. Quō aut debet hō conteri de veniali. Notandum ꝙ tria sunt gña pctōꝝ venialiū. quoddā est veniale subitū non propria voluntate contractum sed ex quadam surreptione et de tali non tenetur homo conteri in speciali nisi de congruo. Aliud est pctm̄ veniale ex voluntate: cui si consentiat homo incidit inmortale sicut delectatio morosa in cogitando de actu carnali est pctm̄ veniale. sed si sit ibi consensus est pctm̄ mortale. et de tali veniali qñ occurrit mēoria homo debet conteri et penitere et diligenter aduertere ne sit ibi vel fuerit consensus. Quoddam aūt est veniale quod per frequentationem sui auget libidinē peccādi. et tanta poterit esse libido ꝙ illud qđ de natura sua erat veniale ex ea libidine fierit mortale. sicut mendacium iocosum de natura sua est veniale sed totiens pōt iterari ꝙ augebit tantam libidinem mētiendi: ꝙ ex illa libidine poterit hō totiens mentire iocose ꝙ peccabit mortaliter. Et de tali debet homo conteri et penitere aduertendo et precauēdo ne multiplicet. De hoc tñ magis dicetur infra qñ agitur confessione pctōꝝ venialium qꝛ eodē modo tenetur homo de eis conteri: quo tenetur ea confiteri.

¶ Ca. vi. que sunt cause inductione contritionis.

Cause indictione contritionis sunt mule. Prima ⁊ principalis est amor dei. Illud em̄ quod principaliter debet retrahere hoīem a peccato ⁊ si peccauerit ꝙ corrigat se ⁊ emēdet est amor dei. et iste amor sic gñatur in aīa pctōris. Cum enim amor sequatur cogitationem et cognitionem vt dicit aug. Cognita diligimus incognita nequaq̄. Quando ergo peccator cogitat et recognoscit dei bonitatem et iusticiam cui displicet omne malum et ꝙ nullo modo relinquid aliqđ malum impedimentum et recogitat se multa mala commisisse que displicent diuine bonitati propter que est dignus puniri grauitur timet: quado etiam togitat vlterius dei pietatem et misericordiam qui paratus est omni dolenti et penitenti parcere et dimittere culpam quantumcunque magnam

sperat de venia et sic moueatur ad detestandum pcm̃. Et iste motus vocatur attritio. i. quedam cõtritio imperfecta et ita deus qui nunq̃ defecit infudit lumen gratie in aiam petõris et illo lumine petõr illustratus calefit in amore dei et detestatione peti ita q̃ timor seruilis precedat̃ preparat cor petõris ad contritionem sed amor et feruor caritatis perficit ip̃m. Et de hoc ponit exemplum aug. dicens q̃ sicut in futura totularium leta pozci precedit et facit viam filio non tñ remanet in futura sic contritionẽ precedit timor pene et iste timor preparat ad amorem ̃ caritatem dei que postq̃ est in aia expellit omnẽ timorẽ. Et ita dicit bt̃us ioh. in pria sua canonica Perfecta caritas foras mittit timorẽ. s. seruilẽ qui est timor pene non aũt timorẽ filialẽ qui est timor offense. Sed̃a cã est pudor. i. verecundia de petis cõmissis. vñ prouer. Res dignas cõfusione agunt. Job. Res indigne confusionẽ agũt. Et nũeri. iii. c. Reuelabo pudenda tua in facie. Quando em̃ petõr cogitat q̃ oia eius petã q̃tuncunq̃ secreta et occulta sint sunt deo manifesta et aperta et q̃ nisi peniteat ̃ cõteratur de eisdem sunt deus reuelabit et manifestauit ea toti mundo mouetur ad contritionem ̃ pniam de pcis. vnde dicit boetius Magna est nobis indicta necessitas probitatis cum oia agamus cozam oculis iudicis cunta cernentis. Tercia cã est detestatio. i. abominatio vilitatis peti. Tanta em̃ est vilitas pcti q̃ de filio dei facit seruum dyaboli. vñ dicit beatus pe. qui facit pcm̃ seruus est peti a quo em̃ quis superatus est ei⁹ seru⁹ est. Cũ ergo pctõr sit propter pcm̃ a dyabolo superatus propter pcm̃ seruus dyaboli factus est. vñ angel. Fecisti me dñe ad tuam ymaginem et ego super induxisti horribilem ymaginem. vñ aia peccatrix videns ̃ considerans vilitatẽ peti põt dicere verbum qõ dicit hiere. Vide dñe ̃ considera q̃ fact⁹ sum vilis. Quarta cã est consideratio de die iudicii ̃ penis inferni. qñ em̃ pctõr considerat q̃ deo in dicto facto ̃ cogitato cõtra legem de oportebit reddere rõnem in die iudicii iuxta verbum saluatoris in matheo dicentis. De oi verbo otioso q̃ fuerint locuti homines sup̃ terrã reddent rõnẽ in die in

dicit. Et. xxxii. q. vi. c. penultur. ⁊ c. Quotiens monetur ad cō
tritionem ⁊ pniam de petis suis. vnde hiero. loquens de die not
iudicii dicit sit. Quotiens cunq; illum diē cōsidero toto cozde
cōtremisco. Et idem Sive comedo sive bibo sive aliquid ali
ud facio semp videtur michil in auribus meis ista tuba terri-
bilis insonare. surgite mortui venite ad iudicium. Quando
peccatoz ista cogita attenta mente totus contremiscit in coz
de suo. Si enim vt dicit beatus petrus apl's. i. petri. quarto. i.
Vix iustus saluabitur / impius autem ⁊ petōr vbi parebunt. not
Grego. quid faciet virgula deserti. i. petōr vbi concutietur co
dus paradisi. i. iust⁹. Quinta causa est doloz de amissione ce
lestis patrie / quando enim peccatoz cogitat se ꝓpter peccatū
suum gloziā paradisi amisisse non est mirū si dolet immo est
mirum si non crepat per medium si enim dolet et plozat hō
pro amissione pecunie quātomagis debet dolere ⁊ plozare ꝓ
amissione celestis glie. Et ideo dicebat btūs iohānes in apo. not
iii. c. Tene quod habes ne alius accipiat cozonā tuam. Ser-
ta cā est doloz de multiplicati offensa creatozis qñ enim pec-
catoz cogitat ⁊ considerat se offendisse deum qui euz creauit
de nichilo et in signiuit eum ymagine sua et redemit precio
sissimo sanguine suo est bene mirum si non doleat et penite
at de peccato suo. De hoc dicit benardus. Doloz de peccatis not Bernard.
debet esse acer / acrioz acerrimus. acer q; offendimus deum
creatozem oim acrioz quia offendimus patrem nostrum qui
pascit nos multipliciter et gubernart: acerrimus q; offendi-
mus redemptozum nostrum qui nos liberauit sanguine suo
a vinculo petōr a crudelitatem demonum. ab acerbitate ge-
henne. ¶ Notandum tamē q; ly petōr sicut dictum est debet
dolere et conteri de peccatis tñ semper debet sperare in dño
impietate et mia eius ita q; dz sperare de venia et glia q; vt
dicit sapiens pzouer. xxvii. Sperans in dño non confundet not Ps. ꝓpter
nec confusione culpe me pene.

¶ Ca. vii. de. effectu contritionis.

Effectus contritionis est multiplex. Pzimus pz ex vi no
minis ipsius. dē ei contritio quasi ly ex toto tritio quod

sic intelligendū est qꝛ in contritione totum coꝛ pctōꝛis ad lit-
teram scinditur vel conteritur pꝛe nimia augustia dolore ira
et indignatione que concepit contra pctā. vnde dn̄s per pꝛo-
phetam iohel.ii.c. Scindite coꝛda vestra. Item psal. Sacrifi
cium deo spūs contribulatus coꝛ contritū ⁊ humiliatū deus
non despicies. scd̄ꝫ ꝙ dicit beatꝰ benardꝰ. Contritio mundat
aīam a reatu culpe et liberat a pena gehenne ⁊ ab hoꝛrenda
demonū societate et vilissima pcti seruitute tribuit bona spū
alia que pctōꝛ amiserat per pctm̄ restituit ēt societatem spūa
lem ecclesie cōionem ⁊ bonoꝝ oīm que in ea fiunt participati
onem. de filio ire efficit filium gratie / de filio dyaboli facit fi
lium dei et per consequens participē hereditatis eterne vtrū
aūt solo contritione remittatur peccatum sunt varie opinio-
nes. Quidā enim dicunt ꝙ sicut tribus modis offendimus de
un. s. oꝛe / coꝛde / et opere; ita tribus modis est necessario deo
satisfaciendum. s. contritio coꝛdis confessione oꝛis. et satisfa-
tione operis: ita ꝙ alias non dimittitur peccatum. Et illi fun
dant intentionem suam super illud. de. pe. di. iii. Perfecta.
Et dicunt isti ꝙ oēs auctoꝛitates que dicunt pctā sola coꝛdis
contritione dimitti sunt intelligende. cum articulis necessita
tis excludit oꝛis confessionem. i. qn̄ aliquis amittit loquelam
vel qn̄ aliquis non potest pꝛesbyterum reperire in confessio-
ne. Alii dicunt ꝙ in contritione dimittuntur peccata sub con
ditione: si scꝫ confiteatur. ⁊ fundant isti intentionē suam sup
illud qd̄ dr̄ de. pe. di. iii. c. sane. Tertii dicunt sola coꝛdis con-
tritione dimitti pctm̄ cuilibet adultosi vere conteratur ⁊ pꝛo
ponat ab illo abstinere et confiteri ⁊ de eo satisfacere secūdū
iudicium ecclesie; et fundant isti intentionem sup illud de. pe.
di. i. Magna est pietas dedit vt ad solam pꝛomissionem pctā
dimittat mundum pꝛonunciat oꝛe et tn̄ deus audit in coꝛde.
Et hec opinio est verioꝛ et magis tenetur communiter a do
ctoꝛibus ⁊ ꝙ ista opinio sit verioꝛ pꝫ per exemplū lazari quē
pꝛimo suscitaui xp̄s anteq̄ a discipulis absolueretur. lazarus
enim moꝛtuus / est peccatoꝛ qui per peccatum moꝛtuus est.
Iuxta verbum eze. xviii. c. dicentis. Anima que peccauerit ip

la mozi etur. Et iste suscitatur a dño qñ sibi remittitur peccatum in contritione et postea soluitur a discipulis. i. absoluit a sacerdotibus in confessione. Pz etiã p exẽplum de decẽ lepzosis a dño mundatis qui in via anteq̃ venirent ad sacerdotes mundati sunt. Isti ei lepzosi sunt pctõzes: q̃ dum vadunt ad sacerdotes. i. dum contritionẽ hñt z propositum cõfitendi mũdant a peccatis. Et ita dicit psal. xxxi. Dixi confitebor aduersum me iusticiaz meam dño z tu remisisti impietatem peccati mei dixi in firmitate in propositi. Notandum ergo q̃ ista tria similiter sunt ẽps lz hẽant ozdinem naturalẽ inter se. s. iustificatio contritio et petõzuz remissio. necessaria eñ habeo intelligere q̃ prius quis habeat gr̃am q̃ conteratur precedit ergo gr̃a. sequitur dilectio qñ qui gratiam hz diligit z sequitur cõtritio qñ qui diligit cõteritur ad contritionem sequitur petõzũ remissio. Iste processus colligitur de pe. di. i. qui non diligit manet in morte et aug. Sine caritate quõ quis veram cozdis contritionem hr̃e poterit. pz ergo quõ sola cozdis contritione petm̃ dimittitur. quid ergo faciat absolutio sacerdotis ad remissionem petõzum dicetur infra qñ agetur de confessione. ¶ Et hec sufficiant de contritione.

nota

nota augustinus

¶ Tractatus tertius secunde partis principalis de confessione. xi. habens capitula.

Circa confessionem. xi. sunt considerãda. Primo de institutione confessionis. secũdo de illis qui tenetur ad confessionem. tertio de tempoze qui quis tñr ad confessionem. quarto cui facienda est confessio. quinto de quibus est facienda confessio. sexto de conditionibus quas debet habere confessio. septimo de iteratione confessionis. octauo quomodo debeat se habere sacerdos ad cõfitentem. nono de interrogationibus faciendis in cõfessione. decimo de potestate clauium et effectu confessionis. vltimo de sigillo confessionis. ¶ Ca. i. de institutione confessionis.

Ad euidẽtiã eozum que dicẽda sũt de cõfessione: notãdũ q̃ in sacra scriptura a duobus modis accipitur confessio Uno modo idem est q̃ dei laudatio vnde confiteri isto modo

idem est q deum laudare. Et hoc modo accipitur qñ dicitur Confitemini.i.laudate dñm quoniam bonus .rc. Alio modo idem est q peccatorum coꝝ sacerdote manifesto. Et isto modo diffinitur hic.cõfessio est legitima coram sacerdote qui dat nes hz et ptãtem absoluendi petõrum declaratio. Ad euidẽtia istius diffinitionis videndum est de singulis membris q in ipsa ponuntur. De primo. Confessio est legitima peccatorum declaratio. contra illos qui peccata sua occultant vel excusando vel celando. Patet etiam contra illos qui recitant bona sua in confessione: vel confitentur per abnegationem peccatorum. vt non sum adulter gulosus. .rc. dicitur coram sacerdote qui clauem habet potestatem absoluẽdi vt omnes conditiones que ad veram confessionem requiruntur ostendantur. et dicitur confessio quasi simul vel ex toto siue vndiq; fassio. Et de confessione isto modo dicta hic intenditur Videndum est igitur qñ fuit instituta et quis fuit institutor cõfessionis. Quantum ad primum sciendum est duplex est confessio peccatorum. s. mentalis: et vocalis. Mentalis confessio peccatorum est de dictamine legis nature adiute quodãmodo per fidem qñ enim hõ scit ꝛ perpendit offendere vel offendisse deum quem non videt nisi per aliquem radium fidei natura dictat sibi q ab eo mia est sibi humiliter postulanda. et hoc nunc fit nisi recognoscatur culpa que fit per confessionem mentalem: confessio autem vocalis est duplex quedam que fit deo quedam fit hoi. Loquendo ergo de confessione vocali que fit deo credo q confessio fuit de necessitate salutis statim post lapsũ primi omnis. et ratio que me mouet est ista Dñi tpe in que vel fuit infirmitas fuit necessaria medicina contra illam infirmitatem sed statim post lapsum primi hominis fuit infirmitas pcti non solum originalis sed etiam actualis ad minus quo ad multos. ergo necessaria fuit post lapsum primi hominis confessio ad minus quo ad multos etiam vocaliter. Et istud patet ex quadam glo. que ponitur super illud verbum. Geneseos. iiii. Adam vbi es. vbi dicit glo. Verba sunt increpantis et ad confessionem cogentis non ignoꝝ

tis. Et de constat ꝙ loquatur de confessione vocali facienda deo. qꝛ cunc deꝰ non hō loquebatur vocalit̄ ipsi ade. ergo ab illo tp̄e fuit necessaria cōfessio isto mō dicta. Loquēdo aūt de cōfessione vocali faciēda hoī: dico ꝙ fuit instituta ī lege noua xp̄o videlꝫ icarnato: ⁊ tunc nō congruū talē cōfessionē īstitui Et rō que me mouet ad hoc est duplex scdm ꝙ confessio ordinatur ad duo. scꝫ ad peccati dilectionem ⁊ manifestationē. ei ad reconsiliationē faciendā deo ⁊ ecclesie rius. Ex quo patet ꝙ solum ex lege noua debuit institui confessio. Notandū tamen ad euidentiam eorū que dicenda sunt ꝙ status pcti vocatur tenebre: statꝰ aūt gr̄e lux. Et ita dicit apl's loquēs ephesiis poq̄ fuerunt cōuersi ad fidē ⁊ fuerunt in statu gratie. ad ephe. v. c. Eratis aliquādo tenebre nunc aūt lux in dn̄o. Et in epistolo ad romanos. ix. Abiiciamus opera tenebrarum. glo. i. opera pcti. ⁊ induamur arma lucis. i. virtutis. In eo ergo lege debet institui confessio facienda hoī in qua lux vera fuit orta que lux illuminat omnez hominē venientē in hunc mundum et ista est lux noua xp̄o. s. incarnato. Igitur in lege noua debuit institui confessio facienda homini. Ex secūdo. s. ex hoc ꝙ confessio ordinatur ad reconsiliationem faciendam deo ⁊ ecclesie: eius patet etiam ꝙ debuit institui in lege noua ideo em̄ confessio fit homini vt homo sit iudex ⁊ arbiter inter deum ⁊ hominem pctōrem. Arbiter aūt debet esse talis ꝙ possit pone re maninū vtrāqꝫ partem ideo oportet ꝙ ille cui facienda est confessio possit ponere manum in deum cui confitēs vult reconsiliari et in hoīem qui confitetur. Talis autem non pot uit esse quousqꝫ deus factus est homo quia datus est nobis mediator dei et hominis homo christus iesus. Et hic postq̄ corporaliter ascēdit in celū reliquit in ecclesia aliquos quos loco sui constituit rectores ecclesie ⁊ arbitros quibus cōmisit auctoritatem reconciliandi peccatores deo ⁊ ecclesie sue Ideo in lege noua xp̄o incarnato debuit institui confessio. Cum em̄ cōfessio habeat efficaciā absolutione ⁊ ab absolutio ex virtute cla uium que quidem claue fuerunt date hoī in noua lege dicente christo beato petro apostolo et in ipso omni-

bus aliis math. xvi. c. Tibi dabo claues regni celorum. ⁊ ioh. xx. Quorum remiseritis pctā remittuntur eis. et quoꝝ retinueritis retenta sunt. Manifestū est ꝙ confessio facienda homini in lege noua fuit instituta precessit tñ in figura in lege antiqua in hoc ꝙ sacerdotib⁹ data erat auctoritas ⁊ potestas discernendi inter lepram ⁊ inter prophanum est sanctum. sed ista erant quedam corporalia ⁊ non spiritualia. Et hanc figuraz ostendit xp̄s in lege noua fuisse adimpletam qñ leprosos mundatos mittebat ad sacerdotes dicens. Ite ostendite vos sacerdotibus. De secundo aūt ignis quis fuit institutor confessionis. Dico ꝙ fuit christus ipsemet. Et ratio fuit tacta supra in prima parte huius operis qñ agebatur de sacramētis in generali. Et intelligo ꝙ fuit institutor auctoritatiue ⁊ credo ꝙ beatus iacobus minoris qui fuit ep̄s hiero solomitanus et qui primus inter apostolos celebrauit missam quando dicit. Cōfitemini alterutrum peccata vestra: fuit promulgator huius sacramēti sicut dictum fuit supra de sacramento extreme vnctionis.

¶ Ca. ii. de illis qui tenetur ad confessionem.

Omnes adulti postq̄ ad annos discretionis peruenerint ita ꝙ possint discernere inter bonum et malum tenētur semel in anno. s. in quadragesima confiteri ex statuto consilii generalis quod ponitur extra de pe. et re. c. Omnis vtriusq; sexus. Et contra transgressores illius statuti ponitur ibidem talis pena. s. ꝙ ipsi viuentes ab ingressu ecclesie arceantur: et morientes xp̄ana careant sepultura. Et huius sacratissimi ac saluberrimi consilii potest esse triplex ratio. Prima fuit vniuersalis indigentia. omnes enim peccauerunt (vt dicit apl̄s) et egent gr̄a dei. Non est em̄ qui faciat bonum ⁊ non peccet. vt dicit sapiens. Ideo quilz dz deum glorificare confitendo se esse pctōrem qui em̄ confitetur se esse pctōrem deuz glorificat oñdens se dei mīa ⁊ gratia indigere. Scda ratio est sacre cōionis reuerentia. Cum em̄ omnes teneantur in pascha cōicare vt digne et munde possint accedere ad tm̄ sacr̄m oportuit premitti remedium purgationis ⁊ lotionis pcti que fit in con

not^a

Apost

fort

fessione. Tercia rō fuit discretio gregis dñici ne. s. lupi abscō derentur in grege qui manducarent agnos. Ideo statutum est vt rectores accliaꝝ agnocerent vultum ouium suaꝝ ne heretici sub pelle innocentie maliciā suam palliarent. Ideo oēs quicūq; ⁊ cuiuscūq; cōditionis sint tenentur semel in anno cōfiteri. alias pctāt mortalit: ⁊ dñt pena supradicta puniri Sed pone aliquis est qui no hz consciantiā de aliquo pctō mortali sz solum de venialibus: sed hō non tenetur pctā venialia confiteri ergo ad minus talis non tenet confiteri. Dico sine preiudicio ⁊ saluo meliori iudicio seu consilio ꝙ aliquiq potest teneri ad confessionem propter duo. Uno modo propter vinculum pcti. aliomodo propter vinculuz precepti. Pctā venialia non tenetur q̄s confiteri ꝓpter vinculū pcti: cum possint sine cōfessione dimitti: tñ sunt cōfitanda ꝓpter preceptū quo tenetur q̄lz cōfeteri semel in anno qñ. i. cōfitēs nō hz nisi venialia vnde si haberet mortalia que confitere nō teneretur de necessitate venialia confiteri. de hoc tñ infra magis late dicetur. Ulteri⁹ pone ꝙ aliquis est ita attentius circa diuina ꝙ nō hz remorsum cōscie de aliquo pctō nec mortali nec venialia: an iste tenetur confiteri vel non. Si non: tunc nō oēs tenentur ⁊ obligantur ad confessionē. cui⁹ cōtrariū dictum est. Si autē tenetur ⁊ non habeat ꝯsciam de aliquo pctō nec veniali nec mortali. tunc tenetur ad confitendū et dicendū cōtra cōscientiam suam ⁊ ita mentiri: qd̄ nefas esset dicere ergo ad min⁹ talis non tenetur confiteri. Dico ad hoc ꝙ cum sapiens dicat ꝙ septies in die cadit iustus impossibile credo secundum statum viatoris ꝙ aliquis habens intellectum ⁊ vsum rōnis transeat vnā diem vel vnā septimanam sine remorsu alicui⁹ pcti venialis ꝙ autē totum aunū transeat hoc habeo magis pro impossibili. nec credo ꝙ vnq̄ istud domum fuerit collatum alicui sancto nisi xp̄o et marie virgini eius genitrici nec credo apl's hoc donum habuisse qꝛ venialiter peccauerunt vt dicit gre. et aug. in li. de natura et gratia. Si omnes sancti et sancte adhuc viuerent et interrogati essent vtrum sine pctō forent omnes vna voce dicerent. Si dicimus ꝙ pctm̄ non ha

bemus nosipsos seducimus ⁊ veritas in nobis non est. Excepta btā virgine de qua cū de pctis agitur ꝓpter honorē filii dei nullā prorsus volo cōionē haberi. Et apl's.i.ad thi.iii.c. Res pene contra naturā est ꝙ sine pctō aliquis sit.iō hō q̄tū cunq; sit perfectus dz cogitare corde ⁊ confiteri ore se esse pctōrem.qz vt dicit gre. Bonarū mentum est ibi culpa vereri.i.timere vbi culpa nō est.de obser.ieiu.ca. Consilium. Vñ de cōi lege tenentur oēs ad cōfessionem. Et si deus de specialissima gratia daret istud domū alicui ꝙ nec mortaliter nec venialiter peccaret/credo ꝙ adhuc vt nō contenneret preceptum ecclesie:talis deberet pñtare se suo confessori. non qz diceret se pctōrem:qz mentiretur:sed deberet dicere. Dñ non habeo cōsciam de aliquo pctō:tñ ꝓpter preceptuz ecclesie presēto me vobis. Sicut dixi supra ꝙ sanctificatus in vtero deberet recipere sacramētū baptismi licet nō habeat pecctū originale.

¶ Ca.iii.de tempore quos quis tenetur ad cōfessionē.

Teste sapiente. Omnia tp̄s hñt.ideo nūc videndū est de tp̄o quo facienda est confessio.scz vtrum faciēda sit statim cū hō peccauerit vel possit differi vsq; ad tp̄s statutum in decre. Omnis vtriusq; sexus.s.vsq; ad quadragesimā. Ad huius ergo euidentiam sciendum ꝙ nos possumus loqui de confessione.vel q̄tum ad propositum interius.vel q̄tum ad verbum exterius si primo modo sic dicūt cōiter omnes doctores tenetur quis proponere confiteri qñ tenetur primo decato cōteri.⁊ quia sine proposito cōfitendi ⁊ satisfaciendi non dimittitur peccatum in contritione ⁊ dico ꝙ tenetur primo conteri qz sicut dictum est supra semper ⁊ q̄cito occurrit memoria de peccato tenetur hō dolere ⁊ conteri de eo modo quo dictū est supra lz etiam fuerit ip̄m confessus tñ ex quo legitime esset ipsum confessus non tenetur ipsum iterum confiteri de hoc tamen magis dicetur infra quando agetur de iteratione confessionis.qm̄ agitur statim cum homo aduertit se peccasse mortaliter tonetur cpnteri ideo tunc tenetur proponere confiteri sed si loquamur de confessione actuali sclz quando homo tenetur actualiter cōfiteri. In ista materia sentiunt diuersimo

de doctores: quidā enim dicunt indistincte q̄ quantuncunq̄ aliquis peccauerit non tenetur cōfiteri ante pascha sed bene tenetur conteri ⁊ esse in proposito confitendi. ⁊ fundant intē tionem suam ex duobus. Primo qr preceptum de confitendo est affirmatiuum et iō non obligat nisi pro loco ⁊ tempore de terminatis tp̄s autem determinatum ab ecclesia est quadra gesima ideo nullus immo nec in tali seu etiam in pēthe. p. c. Seculares de consecra. di. ii. ⁊. c. Omnis hō ⁊ ca. Si non fre quenti: tenetur añ. xl. confiteri nisi estet in periculo mortis. Secundo qr actus confessionis non est necessarius ad iusti ficationem. qr per contritionem est iustificatio ⁊ ita confessio solum est necessaria ex precepto ⁊ obligatione ecclesie sed ec clesia nō exigit ante pascha nisi periculum mortis immineat ergo ante illud tempus nemo tenetur confiteri nisi in pericu lo mortis. Alii dicunt q̄ pctōr existēs in pctō mortali tenetur statim quando habet discreti ⁊ idonei confessoris copiam et peccati commissi memoriam confiteri peccatum suum nec ob stat illa decre. Oīs vtriusq̄ sexus quia illa decre. non dicit q̄ vsq̄ tunc differatur sed q̄ nō expectetur vltra. si ecclesia ꝓhi bet ne quis vltra annum remaneat in excommunicationem non tñ dat licentiam remanandi vsq̄ ad illam horam. Item illa decre. fuit edita non pro negligentibus sed contra negli gentes. Sed anteq̄ ipsa esset edita peccator tenebatur confi teri statim quando offerebat se oportunitas ergo videtur q̄ sic teneatur post eius editionem. Que istarum opinionum sit verior fateor me nescire tamen dicere sicut prima dicit vide ter michi periculum dicere autem sicut secunda videtur mi chi durum. Sctūs vero thomas in quadem q. de quolibetis ponit aliquos casus in quib⁹ tenetur existens in peccato mor tali statim confiteri. Primus est qñ est in infirmitate de qua imminet sibi periculum mortis et iste casus colligitur ex his que dñr extra de pe. ⁊ re. c. Cum infirmitas. Secūdus casus est qñ habet facere aliquid de quo imminet sibi periculum mortis lz pro tempore illo sit sanus situt qñ hz transire mare vel viam longam facere vel pugnare vel aliquid tale. Ter

cius cas⁹ est si hz facere aliquid quod exñs in pctō mortali nō potest facere sine peccando mortaliter sicut si hz dicere missā vel recipere aut ministrare aliquod sacramentum ecclesie. Quartus casus est qñ cōmisit aliquod peccatū de quo curat⁹ suus non pōt eum absoluere ⁊ timet ꝙ tp̄e statuto non possit hr̄e copiam idonei confessoris. Quintus casus est qñ conscia sua dicta sibi statim esse confitendū qꝛ aut tenetur deponere eam aut facere secundū eam cum nō sit erronea sed salubris Oēs enim dicunt ꝙ licet non sit necessarium statim confiteri est tñ multum congruū. Juxta dictum sapientis dicētis. Nō tardes conuerti ad dñm et ne differas de die in diem subito em̄ veniet ira illius ⁊ in tp̄e vindicte disperdet te. Notandū q̄ Ray. ponit in summa sua quinqꝫ rōnes ꝓpter quas multū vtile est et congruum statim confiteri. Prima est propter incertitudinem hore mortis vne dñs in euangelio. luce. xii. veniet dñs serui illius in die quo non sperat et hoc qꝛ nescit et partem eius cum infidelibus ponet. Item diuiti petenti sibi longam vitam fuit dictum. Sulte ac nocte demones repetēt aīam tuā a te ⁊ ea que aceruasti cuius erunt. Secunda autē causa est: qꝛ morans in pctō semper accumulat pctm̄ pctō: et per consequens penam pene. vnde apls ad ro. ii. ca. an ignoras qm̄ begnignitas dei ad penitentiam te adduxit. scd̄z aūt duriciam tuam ⁊ impenitens cor thesaurizas tibi iram dei in die tribulationis ⁊ reuelationis iudicii dei qui reddet vnicuiqꝫ secunda opera sua. Et osee. iiii. ca. dr̄. Maledictum mendacium furtum ⁊ homicidum inundauerunt ⁊ sanguis saguinē tetigit id est peccatum adducit aliud pctm̄. vñ gre. Peccatuz quod per penitētiam nō diluitur mox pondere suo ad aliud tragit extra. tertia causa est qꝛ quanto maiorem moram fecerit quis in pctō tanto magis elongabitur a deo et per consequens tanto difficilior erit conuersio. Juxta id quod cōmuniter dicitur in ouidio de remedio amoris. nec de venturas differ in horas. Qui non est hodie cras minus aptus erit. et oui diuis. principiis obsta cito medicina paratur cū mala per lōgas conualuere moras. et psal. lxxii. Domine qui elongāt se

endo sic in gñali et implicite reuelat confessionem et etiam mentitur. quia confessio fuit facta deo non sibi: nisi vt locum tenenti dei. Sed pone sacerdos super crimem quod audiuit in confessione indicitur in testem: et compellitur iurare: quid faciet. Si dicat q̄ reuellet confessionem punitur: si negat per iurat. Dico q̄ si solum sciat per confessionem ipe debet iurare se nichil scire de ista materia qua interrogatur: nec periurat q̄z ipse nichil inde sit esto enim q̄ sciat illud crimen fuisse sibi confessum nescit tñ vtrum confitens in confitendo direxerit verum vel falsum. et ideo põt vere dicere se nichil scire. Sz quid: iudex erit cautelosus et interrogabit eum per iuramentum vtrum audierit aliquid de crimine de quo agitur. Dicendum q̄ iuramentum non ligat eum ad dicendum aliquid in hac materia cum iuramentum non fuerit inuentum vt esset vinculum iniquitatis. extra de iura. calum. Quinta vallis. In nullo quod sit contra mandatum dei est obligatorium iuramentum. Unde cum reuelare confessionem sit contra mandatum dei q̄z contra illud. Non falsum testimoniaz dicesnullum est iuramentum ad hoc obligatoꝛium. Unde talis potest licite iurare nichil se audiuisse. Et intelligat q̄ nichil audiuit vt hõ vel per modum q̄ debeat testificari. ¶ Ulterius pone q̄ sacerdos sciat per confessionem aliquẽ hereticum in parrochia sua vel alibi qui alios filios inducit ad hereslim quid faciet iste sacerdos. Ray. in summa sua videtur dicere in isto casu confessionem posse reuelari. Et ratio sua est quia non seruat fidem ecclesie cum sit hereticus et infidelis. ideo fides non est ei seruanda. xxiii. q. i. Noli. Salua tñ reuerentia eius videtur magis consona veritati alia opinio quã etiam ipse. Ray. recitat. l. q̄ sacerdos non debet reuelare confessionem ipius se dz ire ad ep̃m vel ad inquisitoꝛem et dicere. Custodi et vigilia super oues tuas lupus est in grege tuo Et quod dicit. Ray. q̄ cum iste est infidelis. fides non est ei seruanda. Dico q̄ reuelando confessionem fides non frangitur hoim sed deo qui est fidelis in oibus viis suis. sed nunquid potest confitens licentiare confessoꝛem q̄ dicat illa que

dicit ei in confessione. Dico q confitens bene potest facere q illa cõfessor scit vt deus sciat vt homo dicendo sez ei extra cõfessionem que idem dixit in confessione ꝛ sic confessor poterit illa dicere ex quo audiuit illa vt homo extra confessionẽ. sed nunquid sufficiet q confitens dicat confessor dicendo. ego do tibi licentiam dicendi ea que dixi tibi in confessione vel oportet q replicet sibi omnia extra confessionem. Aliqui doctores dicunt q sufficit vt licentiet confessorẽ. tamen Durandus in quarto suo dicit q non immo tenetur omnia replicare sibi extra confessionẽ. ꝛ ratio sua que occurrit est. qz in his que sunt de necessitate sacramenti nullus potest dispensare nec papa de quo magis dicetur. sed tenere secretuz est de necessitate cõfessionis sacramentalis vt probat dictum. ergo nullus potest contra hoc dispensare et per consequens nullus potest licentiare q illa que per eum dñr in confessione reuelentur. iõ ad hoc q reuelentur opz q̃ sciantur aliter q̃ p confessionem. ꝛ ex his pz q si quis sciat aliquid per confessionẽ ꝛ extra confessionem põt illud reuelare ꝛ testificari super illo eodẽ modo quo scit extra confessionem. ¶ Nota q sigillum confessionis directe ꝛ principaliter respicit pctã vt pz ex preallegata decre. Omnis vtriusq sexus vbi dr. Caueat omnis sacerdos ne verbo aut signo aut quouis alio modo peccata prodat ex consequẽti tñ ex quadã cõgruitate respicit alia. Et hec de cõfessione sufficiant. ¶ Tractatus quartus secunde partis principalis de satisfactione habens septem ca. principalia.

Expeditis per dei gr̃am duabus partibus prie. l. de contritione ꝛ confessione. De tertia. l. de satisfactione est agendũ. Circa quod notãda sunt sex. Primo quid est satisfatio et in quibus consistat. Secundo de elemosina que prima pars satisfactionis. tertio de ieiunio que est secunda pars. Quarto de oratione que est tertia pars. Quinto de mensura satisfactionis. l. que penitentia est imponẽda pro vnoquoq peccato. Sexto vtrum vnus potest satisfacere pro alio.

¶ Ca. i. quid est satisfactio.

Satisfactio scdz gre. est peccatorum causas excidere ⁊ earum suggestionibus additū nō indulgere ita ꝙ in ista diffinitione duo tanguntur q̄ debēt esse in oī satisfactione. sicut enim bona ⁊ cōpleta medicina dz esse curatiua infirmitatis p̄terite ⁊ preseruatiua respectu future ita et satisfactio dz esse remediū pcti preteriti ⁊ cautela respectu futuri Primum tāgitur cum dr̄ pctōꝝ causas excidere. Scdm cum dr̄ earum suggestionibus aditū non indulgere. Qz etiā medicina si sit cōueniens dz eē appropriata infirmati et ordinari directe cōtra infirmitatē. teste beato hiero. q̄ dicit. Medicina cuilibet morbo est adhibenda nō enim sonat oculū quod sanat calcaneum. Et scdm ꝙ dicit iohēs in prima canonica sua. Oē qd̄ est in mundo aut est cōcupiscentia carnis aut concupiscentia occuloꝝ aut supbia vite ⁊ vult dicere ꝙ tres sunt radices oīm pctōrū. s. auaricia que datur intelligi per hoc ꝙ dicitur comcupiscentia oculorum. Luxuria que datur intelligi per hoc ꝙ dicitur comcupiscentia carnis. Et superbia per hoc ꝙ dicitur superbia vite. Idcirco contra istas tres radices pctōꝝ ordinātur tres partes satisfactionis. s. elemosina que ordinatur contra auariciam. ieiunium cōtra luxuriā. oratio cōtra superbiā Et sic sunt tres partes satisfactionis. s. elemosina ieiunium ⁊ oro. Et de his tribus partibus per ordinē est agendum.

¶ Ca. ii. de elemosina quod hz sub se. iiii. parua capiutla.

Licet multa ⁊ varia ac diuersa de virtute elemosine sine sint a doctoribus sanctis scripta tñ oīa sanctus thobias breui sermone comprehendit dicens. Elemosina a morte ⁊ a pctis liberat aīam ⁊ nō patietur eam ire in tenebras. Elemosina est triplex. Prima consistit in cordis contritione quando .s. aliquis se offert sacrificium deo de quo dr̄ in psal. Sacrificiū deo spūs contribulatus. et de elemosina ista dicit sapiēs. Miserere anime tue placens deo ⁊ elemosina sic dicta nō est pars satisfactionis immo est pars integralis contritionis condiuisa a satisfactione prout dicitur ꝙ penitētie tres sunt partes scilicet contritio: confessio ⁊ satisfactio. alia est elemosina que consistit in compassione proximi in qua compatimur alie

nis miseriis sicut nostris et de ista dicit iob. Ab initio con- Alia
ualuit mecum miseratio ⁊ ab vtero matris egressa est mecuz
Tertia consistit in largitione manuali. qñ scilicet aliquis ex
hibet indigenti aliquod temporale subsidium propter deum
et de ista intendimus hic. Et de hac dicit saluator in luca. da
te elemosinam et ecce omnia munda sunt vobis. Et ambrosi
us. Pasce fame morientem. et nisi paueris occidisti. lxxv. di
et sub ista elemosina continentur septem opera mie. de quib⁹
dicetur in tercia particula. Sed quantū ad nunc circa elemo
sinam consideranda sunt quattuor. Primo de quibus dz fie
ri. Secundo quis potest facere. Tercio cui debet fieri. Quar
to quomodo fiet. ¶ Primum consideratum circa ele-
mosinam scz de quibus dz fieri elemosina.

O Nilla illa distinctione de necessario et superfluo dicen
dum q̄ in hoc concordant communiter oēs doctores q̄
nec de alieno nec de illicite acquisitis debet fieri elemosina.
vñ thobias ostendēs filio suo de quo faciendum esset elemo
sina dicit. Honora deum de tua substantia dicit de tua ⁊ non
de aliena. et greg. Non est putanda elemosina si pauperibus
dispensetur quod ex illicitis rebus acquiritur. Nota tñ circa
hoc illicite acquisitum pōt esse tribus modis. Sūt enim que
dam illicite acquisita in quibus nō transfertur dñium in ac
cipiētem vt in rapina et furto. Sunt et alia in quibus trans
fertur dñium sed tamen competit repetitio vt in vsura vt si
monia: et in istis casibus nō pōt fieri elemosina. sunt alie in
quibus transfertur dñium ⁊ non cōpetit repetitio vt in pecu
nia et in aliis rebus acquisitis ex hystoriatu et meretricio. in
duabus primis qñ non transfertur dñium vel si transfertur
competit repetitio non pōt fieri elemosina sed debet restitui
iuxta modum qui ponetur infra. vnde de reb⁹ acquisitis fur
to: rapina: vsura: et simonia. non potest fieri elemosina. in ter
cio aūt casu. l. cum transfertur dñium ⁊ non cōpetit repetitio
sicut in acquisitis ex hystoriatu vel meretricio de istis po-
test fieri elemosina et hanc distinctionem approbat ambro.
xiiii. di. v. sane. in fine. Sed nunquid de his que acquiruntur

ex ludo allee vel taxillorum vel quocunq; alio ludo potest ele
mosina fieri. Dicendū ꝙ qñ loquor de ludo non intelligo de
ludo q̄ fit cā solati vel recreationis. qꝛ talis ludus est licitus
dummodo sit honestus ac debitis circunstantiis inuestit⁹ sed
intelligo de ludo qui fit cupiditatis cā: qui est oīno et semper
illicitus et in eo cōcurrūt pctā multa. Prima em̄ ibi est desi
deriū lucrandi. ecce cupiditas que est radix oīm malor. Se-
cundo est ibi voluntas spoliandi ꝓximū/rapina. Tercio est
ibi vsura maxima. s. xi. pro. x. non solum in anno vel in mense
sed in eodem die. Quarto multiplicantur ibi mendacia ⁊ ver
ba occiosa et vana. Quinto est ibi blaphemia/ecce heresis.
Sexto est ibi multiplex corruptio ꝓximorum qui ludum aspi
ciunt. Septimo est ibi scandalū bonorū. Octauo est ibi contē
ptus. ꝓhibitionis sancte matris ecclesie. Nono est ibi amissio
temporis et alior bonorum que illo tempore tenetur homo
facere. Ex quibus patet quantum peccāt qui talibus ludis va
cant. Et de pena clericorum qui talibus ludis vacant legitur
in canonib⁹ apostolorū sic. Si ep̄s/p̄sbyter/dyaconus allee
aut ebriati deseruiat aut desinat aut damnetur certe. Sub-
dyaconus autē lector aut cantor aut similiter faciens aut de-
sinat aut cōmunicatione priuetur. Patet ergo ꝙ illud quod
tali ludo acquiritur illicite acquiritur. Sed nunq̄d potest re
peti: dicunt aliqui doctores ꝙ non; sed ille qui lucratus est de
bet istud eroget pauperibus. Argumento xiiii. q. v. Nō sane.
Cum enim cupido versatur ex parte vtriusq; melior est con-
ditio occupantis seu possidentis. Alii dicunt et fere omnes ca
noniste ꝙ potest repeti. Et ꝓbatur. ff. de aleatoribus lege vlti
ma in fine. Et dict greca constitutio ꝙ vsq; ad quinquaginta
annos potest repeti. Et secundum istos de acquisitis in ludo
non potest fieri elemosina. Ray. enim cum quo cōcordat san-
ctus tho. et quasi oēs doctores theologi. dicit ꝙ distinguendū
est qꝛ aut aliquis lusit voluntarie ⁊ ex cupiditate non coact⁹
per aliquem. et tunc si amisit non potest repetere quod amisit
sed ille qui lucratus est tenetur pauperibus erogare vel resti
tuere in iudicio anime. Aut lusit attractus per vim vel per im

portunitatem alterius ⁊ tunc si amisit potest repetere. Si vero lucratus est non tenetur restituere. sz quod lucrat⁹ est pauperibus errogare. ¶ Item sententiam probat per multa iura et est satis consonat rationi ⁊ equitati. ¶ Notandum tñ ꝙ sunt alique persone quibus indistincte tenetur quis restituer q̃cquid ab eis lucratus est in ludo vt furiosi si/ ꝓdigi/ pupilli/ minores. xv. annorum/ mente capti/ surdi/ ceci/ muti/ et qui morbo perpetuo laborant qꝛ tales rebus suis super esse non pñt. ideo dantur eis tutores ⁊ curatores. Item videtur esse de monachis et ceteris religiosis et filiifamilias. qui non hñt peculium castrenie vel quasi castrense. Et de vxore que nõ habz res parafernales. et etiam de aministratione rerum ecclesiasticaꝝ que pauperum sunt ⁊ similib⁹ vñ nec prelati nec curati pñt ea remittere debitorib⁹ ne prodigi vel dissipatores videantur. Nam cũ talis acquisitio pecunie multiplicis iuris et facti sit culpabilis et viciosa restituenda nõ est dico ei qui eã amisit in ludo: sed tutori/ vel curatori/ vel marito/ vel patri vel ecclesie/ vel monasterio.

¶ Secundum consideratum circa elemosinam scilicet quis potest facere.

Elemosinam põt facere quicũqꝫ sui est iuris: et hz dominium vel ad ministrationem aliquoꝝ bonorum tp̃aliũ Nunquid ergo monachus vel aliqua persona religiosa põt facere elemosinam. Dico ꝙ talis persona aut hz administrationem aut non/ si hz administrationem põt et dz immo q̃cquid superest sibi necessitatibus ecclie supportatis in causis piis est exponendum dicente btõ bern̄. Bona ecclie bona pauperum sũt et quidquid a ministris ecclie vltra victũ ⁊ vestitũ retinetur totum est sacrilegiũ ⁊ rapina. Si aũt non hz ad ministrationem saluo meliori iudicio vel consilio credo ꝙ non põt: nec dz facere elemosinam nisi de prelati sui licentia petita et obtenta. Monachus em̄ non põt tractare etiam vtilitates sui monasterii. nisi de p̃cepto abbatis sui. xvi. q. i. monachi de conse. di. v. Non opz. Et hoc intelligo nisi ille qui petit elemosinam sit in extrema necessitate constitutus. i. indigeat ad

mortem qꝛ in illo casu debe et dare si potest esto etiã ꝙ prela
tus expresse inhiberet sibi qꝛ in tali casu oĩs hõ tenetur ex pre
cepto dei subuenire ꝓxĩo. Juxta illud. Pasce fame morientẽ
ꝛc. xxxvi. di. Et etiã in tali casu oĩa sũt cõia. xlvii. di. Sicut li.
¶ Nota ꝙ si monachus nõ hñs ad ministrationẽ de prece-
pto abbatis vadat ad peregrinationẽ vel ad studiũ sine ali-
qua distinctione põt dare elemosinã nam eo ipso ꝙ prelatus
dedit sibi licentiã standi in scolis vel eũdi ad peregrinationẽ
videtur sibi dedisse licentiã faciendi oĩa que scolares honesti
et peregrini solẽt facere: ita ꝙ moderate faciat. Quilibet em̃
debet se cõformare moribus illoꝝ inter quos viuit. xvi. di. ca.
Si quis. Sed nunquid vxor potest elemosinã facere absqꝫ li
centia viri. ¶ Dicendũ est ꝙ si vxor habet res parafernales
.i. proprias preter dotẽ. dictas a para qđ est iuxta ⁊ frena dđ
est dos quasi iuxta dotẽ. potest de illis facere elemosinã etiam
inuito marito. C. de. pac. l. qui. hac. De rebus etiã sui viri si-
cut de pane ⁊ vino et aliis rebꝰ que bono ac approbato ⁊ lau
dabili more solent ad dispensationẽ vxoris pertinere / potest
facere elemosinã moderate ⁊ secundũ facultatẽ viri ⁊ secun-
dum maiorẽ vel minorem indigentiã ⁊ multitudinẽ paupe-
rum. Et debet sibi formare conscientiam ꝙ nõ displiceat ma
rito in corde etiã si quãdoqꝫ prohibuit ei ore. Solent em̃ ma
riti facere talẽ ꝓhibitionem vxoribus non vt retrahãt eas a
toto: sed ab excessu quem suspicantur eas factura. si haberẽt
habenas nimis laxas. Potest etiam sibi formare conscientiã
de qualitate et miseria pauperis cogitans ꝙ si maritus vide
ret illũ omnibꝰ modis placeret ei ꝙ faceret sibi elemosinam.
Sed oĩno ⁊ precise dictet sibi ꝙ viro displiceat. deponat con-
scientiã si potest: si non põt non det ⁊ doleat ꝙ nonpõt dare ⁊
sic intelligo illud. c. xxxiii. q. iii. Qui de. vbi dicitur ꝙ cũ scan-
dalo viri vxor non dꝫ facere elemosinã. et illud intelligo nisi
pauper sit in extrema necessitate cõstitutus qꝛ tunc intrepide
debet dare. aliter peccaret. Et quod dixi de rebus viri. etiã de
dotalibus dixi. nã rerum dotaliũ illibatum dñiũ apud virũ
est. c. de iure. do. s. in rebus. Dñs aũt albertus dicit ꝙ si muli

er sit lucrosa. i. si et officio suo vel ministerio lucretur esto q̄ non habet bona paraphernales de eo q̄ lucratur p̄t facere elemosinam absq̄ mādato et cōsensu viri. etiā filiusfamilias nō potest facere elemosinam de rebus patris sine eius licentia ꝛ mandato nisi supponant q̄ placeat patri sicut supra dixi de vxore. Et intelligo hoc nisi talis filius habeat peculiū castrense vel quasi castrense. de tali em̄ peculio potest facere elemosinam patre etiam inuito. Peculium castrense est acquisiuit ex milicia. Peculium quasi castrense est quod acquisiuit ex sciē-tia vel artificio honesto. Intelligo etiam nisi videat pauperem in extrema necessitate constitutum. De filio etiā eunte ad peregrinationem vel eunte in studio intellige vt supra dixi de monacho. Et multominus seruus vel ancilla potest facere elemosinam de rebus dominorum nisi forte fuit ei commissa ministratio bonorum quia tunc posset tamen moderate esto q̄ domino non displiceret.

¶ Tertium consideratum circa elemosina scilicet cui debite dari elemosina.

Elemosina non dz dari nisi indigēti. et hoc sonat nomē elemosine. Unde elemosina vt dixit ebzardus dē ab ely os quod est miseria ꝛ mosys quod est aqua quasi miserorum. i. indigentium aqua. Horū aūt qui petūt elemosinam quidā petunt quasi ex debito. sicut religiosi mendicantes qui predicant verbum dei et celebrant quotidie pro benefactoribus suis. Et isti dūmō constet eos hꝫ illud officium sunt omnibus illis preferendi. et isti dñr petere quasi ex debito qz non solū dannetur eis tpalia: immo etiam spūalia ꝛ ecipiuntur ab eis Uñ in persone taliū dt apls. Si spūalia vobis seminamus non est mirum si tpalia vr̄a metamus / alii petunt tm̄ pro vite sue sustentatione sicut isti pauperes qui mendicant. Et in isto casu hō potest dare oībus aut non / si p̄t dare omnibus tunc dz oībus dare absq̄ vlla distinctione ꝛ ad hoc reducūtur exempla abzahe ꝛ loth. qui qm̄ oēs indifferenter recipiebant hospitio angelos etiā in hospitio susceperent si enim aliquos repulissent forsan inter illos angelos repulissent. Et in

hoc casu aut ioh.criso. Quiescamus ab absurda.i.nephanda ac dyabolica curiositate.s.discernendi inter pauperē et pauperem.nō em̄ ex vita eoꝝ q̄ accipiunt vel quibus das mercedem tibi retribuet deus.sed ex voluntate ⁊ horificentia multa.⁊ ex mīa ⁊ bonitate.xlii.di. Quiescam⁹. Item gre.xi.q.iiii. Qm̄ in fine.dicit ꝙ excōicatio etiā dāda est elemosina et hoc intelligo tā de excōicatio q̄ de quolꝫ alio pctōre notorio qd̄ intelligendū est.nisi ob saturitatem cibi negligerent iusticiā et fierent deteriores/qꝛ in tali casu non est eis facienda elemosina.vt ait augu.v.q.v. Non oēs/et hoc intellige nisi esuriant ad mortē.tunc enim quātuncūqꝫ negligerent iusticiā debent pasci:nisi forte iudex secularis dānasset eos propter scelera sua ad fame moriendum. In scdo casu in quo non pōt omnibus dare elemosinā posito ꝙ oēs equaliter indigeāt dicit ambro.decē circa hoc est consideranda.s.fidem causam locum tempus necessitudinem sanguinis propinquitatem etatem debilitatē conditionem siue nobilitatē fidem. qꝛ fidelis prefetendus est infideli.causam:qꝛ si duo tenentur capti vn⁹ propter culpā suā.alius sine culpa. Iste est preferendus illi. Locum qꝛ captus siue detentius in carcere preferendus est illi qui libere potest ire quocunqꝫ vult. Tempus quia si vnus in tp̄e persecutionis patitur preferend⁹ est illi q̄ nullā persecutionē patitur. Modum vt non totū detur vni nec simul effundantur opes sed discrete dispēsentur nisi forte aliquis vellet relinquere ex toto seculum. Necessitudinē vt magis indigens nimis indigenti preferatur. Sanguinis ꝓpinquitatem vt propinquus preferatur extraneo. Etatem quia senes sunt iuuenibus preferendi.debilitatem vt infirmus preferatur sano.et debilis forti nobilitatem vt nobilis preferatur ignobili. Et istud totū intelligēdum est ceteris paribus.talis enim conditio posset esse ex vna parte ꝙ reformaret peccatū in contrarium.sicut pone quidam habet patrem infidelem qui indiget elemosina nec ipse potest subuenire vtriusqꝫ sed vni tātum.cui subueniet an parti infideli an extraneo fideli in exhibititione nutrimenti. In isto casu dicunt aliqui ꝙ pater infi

delis preferendus est extraneo fideli in exhitione naturalmente extraneus fidelis preferendus est parti infideli in dilectione ar.xxx.di.iii. Et fundatur ista opinio super illud preceptum. Honora patrem tuū intelligitur si equaliter indigeant si ei extraneus indigeret ad mortē et pater non tunc extraneus esset preferendus patri. Alii dicunt contrariam.s.boni extranei sunt preferendi. quis istorum dicat melius iudicio lectoris relinquo. ¶ Quartum consideratum circa elemosinam scilicet quomodo debet fieri elemosina.

Quia scōm q dicit phūs in ethicis modus imponit spēm actui vel actioni qō intelligo de specie moris non enim sufficit facere bonum nisi bene fiat. Unde dñs precepit moy si iuste qō iustum fuerit exeq̄ris. ideo ad hoc q elemosina sit meritoria requeritur q debito modo fiat vnde elemosina dz fieri gratanter siue letanter vt ait apl's.ii.ad corin.ix.ca. Qui tribuit tribuat in hylaritate non ex tristicia aut necessitate. Hylarem enim doctorē diligit deus. Secundo dz fieri secrete. Uñ saluator/cū facis elemosinam noli tuba cauere ante te. sicut ypocrite faciunt et sequitur. Te autē faciēte elemosinā nesciat sinistra quid faciat dextera tua. Tertio dz fieri abundanter et secundū facultatē dantis. vnde thobie.iiii. Fili si multum fuerit tibi abundanter tribue si aūt exiguum libenter impartiri stude. Quarto debet fieri prudenter vt fiat secundum traditam formā in.c.precedenti. Quinto dz fieri festinanter. vñ. sapiens. Qui cito dat bis dat. Sexto dz fieri ardenter.i.intentione recta vt scz fiat propter deum ⁊ nō propter vanāgloriam. vnde sicut ait gre. vnde celum mereri poterat non ventum transitorii fauoris querat.

¶ Ca.iii.secunde partis principalis est de ieiunio que est secunda pars satisfactionis quattuor hūs capitula.

Secunda pars satisfactionis est ieiunium de quo dē in thob. Bona est elemosina cum ieiunio. circa quod considerande sunt quattuor. Primū quod modis dē ieiunium. Secundo qñ fuit institutū. Tertio quot requirūtur ad hoc q ieiunium sit meritoriū. Quarto quot bona facit ieiunium

Primum consideratū circa ieiuniū.s.quot modis dē ieiuniū.

NOtandum q̄ triplex est ieiunium.Primum est corporis a cibo et potu materiali. Secundum est afflictionis a gaudio tpali.tertium est abstinere a pctō mortali. Et de hoc triplici ieiunio debemus gastigare iumentū.i.corpus nostrū parum est iuuare a cibo nisi ieiunetur a pctō. Unde ysayas. quare ieiunamus et non aspexisti humiliamus aias nostras et nescisti.loquitur ysayas in persona ieiunantium in peccato mortalti. Et subdit responsionem in persona dei loquens Ecce ad lites et contentiones ieiunatis et percutitis pugno impie/ et sequitur. Nunquid est tale ieiunium quod elegi quasi dicat nō immo istud.dissolue colligationes impietatis/solue fasciculos deprimentes/et oē onus.s.peti dirumpe. Frange esurienti panem tuū et egenos vagosq̄ induc in domū tuam Cum videris nudū operis eū et carnem tuā ne despexeris.

¶ Secundū consideratum circa ieiunium.s.quando fuit ista tutum ieiunium.

DOminus instituit ieiuniū in paradiso terrestri q̄n precepit primis parentibus ne comederēt de ligno scientie boni et mali. Sed postea sanctificauit ipm in deserto q̄n ieiunauit quadraginta diebus et.xl.noctibus. ¶ Tertium consideratū circa ieiuniam scilicet quot requiruntur ad ieiunium

AD hoc q̄ ieiunium sit meritoriū requiruntur quattuor que dūt ipsum comitari.s.largitas/leticia/hora mensura. De largitione dicit hic. Quod mendicaturus eras si non ieiunares da pauperibus vt ieiuniū tuum si saturitas aie nō marsupii lucrum. Illud ieiuniū.deus approbat vt ait gre. Quod ad aliū manus elemosinarū leuat ideo illud quod tibi subtrahis alteri largire vt vnde caro tua affligitur inde indigentis proximi caro releuetur. De leticia dicit xps. Cum ieiunatis nolite fieri sicut ypocrite tristes exterminant enim facies suas vt appareant hominibus ieiunantes. de tercio.s. de hora notandū q̄ hora comedēdi in diebus ieiuniorum est hora nona.vel circa.ita tn̄ q̄ sēm q̄ dicit sctūs tho.in quarto suo. Non opz aspicere astrolabiū sed sufficit q̄ non anticip

petur nimis vel notabiliter predicta hora. Unde legitur in primo libro regū.xiiii.c.ꝙ ionathas qui anticipauit horā comedendi morti fuit adiudicatus:de quarto.s.de mensura notandum ꝙ ieiunans dz multū sobrie comedere vñ dicit btūs petrus.i.petri.v.c. Sobrii estote.ꝛc. Et sobrietas ista attenditur tā in cibi qualitate q̄ in q̄titate/in qualitate cibi vt.s.hō non comedat cibaria nō prohibita sicut carnes vel lacticinia et sil'r non querantur cibaria exquisita exquisito mō parata vide de hoc supra.c.de interrogationibus faciendis in confessione. Sobrietas etiā attendēda est ī q̄titate vt nō sumat̄ cibus nisi q̄tū sufficit ad nature sustentationē. Superfluitas em̄ cibi multa mala facit qr prouocat ad luxuriā et om̄e op⁹ bonum disoluit.vñ in figura eius legitur in.iiii.li.regū.xxv.c.ꝙ.nabusardā qui interpretatur princeps eorum per quem inteiligitur vētris ingluuies destruxit muros hierl'm ꝑ quos intelliguntur virtutes aīe fidelis.vnde aug. Mens auiditate ciborum laxata perdit or̄onis virtutem. Et hiero. Uenter mero estuans de facili prorumpit in libidinem.

¶ Quartum consideratū circa ieiunium.s.quot bona facit.

IEiunium debito modo obseruatū tria bona facit. Primo reprimit stimulum carnaliū vicioꝝ. Scd̄o mētē eleuat ad cōtemplationem diuinoꝝ. Tercio impetrat gr̄am virtutū ꝛ celestium p̄mioꝝ. Et ista tāgūtur in prefatione quadragesimali in qua dr̄. Qui corporali ieiunio vicia comprimis mentē eleuas virtutē largiris ꝛ p̄mia. Notādū insup ꝙ per ieiuniū intelligunt̄ oēs afflictiones corporales sicut vigilie peregrinationes flagelia.ꝛc. ¶ Ca.quartū ꝛ principale est de oratione qui est tercia pars.satisfactionis.

ORatio que est tercia pars satisfactionis diffinit̄ sic a damasceno. Or̄o est pius mentis affectus in deum tendēs ac plerūqꝫ ne animus pigritetur in vocem prorūpēs.vel sic. Or̄o est cōgeries vocū ad ipetrādum ī deum tēdētiū. Notādum ergo ꝙ in or̄one non dn̄t peti tp̄alia ad minus principaliter.sꝫ dn̄t peti spiritualia ꝛ pertinentia ad salutem. Iuxta illud verbum saluatoris. Primum querite regnū dei ꝛ iusti

tiā euis et hec oīa adicientur vobie.s.tp̄alia. Que autem sunt pedenda in oratione oñdit xp̄s quando discipulis dicentibus sibi. Magister doce nos orare. dixit. Cum oratis dicite pater noster. Et de hoc dicit̄ in tercia parte vbi de ista materia tractabitur in speciali. Ad hoc autem ꝙ oratio sit meritoria ⁊ satisfactoria: requiritur ꝙ habeat. xiii. conditiones. s ꝙ sit fidelis/ secura/ humilis discreta/ verecūda/ deuota/ secreta/ pura/ lachrimosa/ attenta/ feruida/ operosa/ et assidua. de istis nō plus prosequamur qꝛ sunt de se note cuilibet aduertere volēti valet deniq; oratio contra vicia spiritualia precipue. Unde hiero. super illum locum hoc genus demoniorum non eiicietur nisi in orōne et ieiunio dicit sic. Medicina est cuilꝫ morbo adhibenda. non em̄ sanat oculum quod sanat calcaneum. Ieiunio sanantur corporales pestes. Oratione sanantur pestes anime vel mentis. Si autem queratur que istarum triū partium satisfactionis sit potior. s. oratio/ elemosina/ et ieiuniū. Dicendum ꝙ si comparentur q̄tum ad obiectum quod imediare respiciunt vel q̄tum ad materiam circa quam sunt sic oratio est dignior et potior aliis duabus. Oratio enim habet deum pro immediato obiecto vt patet ex eius diffinitione. Nam oratio est affectus pius mentis tendens in deum Elemosina aūt habet pro immediato obiecto miseriam proximi. ad hanc em̄ releuandam ordinatur. Ieiunium aūt pro immediato obiecto habet lasciuiam carnis: qꝛ ad hanc reprimendā terminatur et ordinatur. Oratio enim est circa spiritualia elimosina aūt et ieiunium circa corporalia quare manifestū est ꝙ oratio est dignior ⁊ potior elemosina ⁊ ieiunio. ⁊c. Si autem comparentur q̄tum ad abitum. sic elemosina est potior oratione et ieiunio. qꝛ elemosina continet in se orationem et ieiunium. Ille enim qui dat elemosinam indigenti obligat ipsum ad orandum pro se deum. ⁊ sic oratio includitur in elemosina. Ille em̄ qui facit elemosinam est particeps ieiunii et abstinentie illius qui recipit eam. et sic ieiunium in elemosina continetur. Unde credo ꝙ elemosina sic vtilior et potior ad satisfaciendum ieiunio et oratione. Et ista videtur esse in

tentio beati pauli apli in prima epystola ad timotheum.c.xi. vbi sic inquit. Exerce autem teipsum ad pietatem.i. elemosinam.nam corporalis exertitatio.i.ieiunium ad modicum vtilis est.pietas autem ad omnia vtilis est promissionem vite habens que est nunc et future.

¶ Ca.v.de mensura penitentie.

Quanto pctm̄ est grauius tanto ceteris paribus debet fieri et imponi maior pnia seu satisfacio pro eo et dico ceteris paribus.qz talis circunstantia posset esse ex parte persone peccantis vel etiam ex perte peccati ꝙ minus graui pctō deberet imponi grauior pnia seu satisfactio.verbi gr̄a. Constat ꝙ interficeret matrem est grauius q̄ interficere vxorem: et tn̄ de iure grauior pnia est iniungenda vxoricide q̄ matricide. Et ratio est qz pnia dz esse talis ꝙ sit remediū pcti preteriti ⁊ cautela futuri:et qm̄ hoīes sunt magis proni ad vxoricidium q̄ ad matricidium:ideo vt magis retrahantur maior pnia debet imponi vxorcide q̄ matricide. Ex simili causa penitentia maior debet imponi lubrico q̄ seni:sed ceteris paribꝰ quāto pctm̄ est grauius tanto maior pnia est inponenda pro eo. Ad videndum ergo que pnia pro vno quoqz peccato sit imponenda/vidēdum est de gradibus peccatoꝝ.quod scz pctm̄ est grauius altero. Pro quo sciendum ꝙ grauitas peccatorū potest attendi tribus modis. Uno modo circa idem pctm̄.et hoc duobus modis. Uno modo ex parte cause inducentis ad pctm̄. Nam secundū ꝙ dicit gregorius. Peccatum tribus modis cōmittitur.s.ignorantia infirmitate aut certa scientia:studio vel malicia perpetratur. vn̄ pctm̄ quo perpetratur ex infirmitate grauius est q̄ perpetratum ex ignorantia;sed multo grauius est si perpetretur ex scientia certa.de pe.de.ii. Sciendum. Unde maior est pnia imponenda pro pctō perpetrato ex infirmitate,i.ex tentatione seu fragilitate q̄ pro pctō perpetrato ex ignorantia sed multo maior pro peccato perpetrato ex terta malicia. Nec est contra illud ambrosius dicentis grauit̄ peccat qui sibi promittit impunitatem qui contennit: sz modo grauissime q̄ ignorat exponendū est grauissimo.i.pe

riculosissime. qz specialiter pnia non agetur cum de pctō igno
ratur. vñ ioh. cris: vel os aureū. Nullum inuenitur tale reme
diū contra pctā sicut eoz memoria continua. de pe. di. iii. Ju
das. et hoc intellige cum homo recordatur de pctō contritio;
nē non ad delectationē. Alio modo pōt attendi grauitas circa
idē ex parte ipsius peti. Nā vt dicit aug. Sicut tribus gradi
bus peruenitur ad pctm. scz suggestione delectatione et con;
sensu ita ipsius peti sūt tres differentie. scz pctm in cord pctm
in opere et ore pctm in consuetudine. ita q pctm in opere est
grauius q pctm in corde. sz grauissimū est in consuetudine.
Vñ tres dēis pctōz intelliguntur per tres mortuos quos xps
legitur suscitasse. filiū. s. archisinagogi / filiū vidue / lazarum /
puellam suscitauit in domo: ecce pctm cogitationis. puerū an
te portam ciuitatis: ecce pctm operationis. lazarū quatriduā
nū in monumento: ecce pctm consuetudinis. Jtē puellā sus;
citauit verbo tm: puerū verbo et motu. lazarū vero verbo et
fletu et lachrymis. Et hoc ad oñendum q maior est pnia im
ponenda pro pctō operationis q cogitationis. et multo ma;
ior pro pctō consuetudinis. Alio modo pōt attendi grauitas
inter diuersa pctā: ita tm q sint eiusdē gñis. sicut aug. de pctō
luxurie dicens. Adulterii malū vincit fornicationē: vincitur
adulterium ab incestu. Peius em est cū matre q cū alia mu
liere connubere. Sed hoz oim pessimum quod contra natu
ram fit. Tercio modo pōt attendi grauitas in petis: z hoc in;
ter pctā diuersoz generū sicut dicit aug. q grauius est homi;
cidiū q adulteriū. xxxiiii. q. ii. Si quid verius. Et vniuersali
ter oia pctā que directe committuntur contra deū: sicut ydola
tria hereſis blasphemia: et similia sūt grauiora aliis. De hoc
tm dicetur in tercia parte gñ agetur de decem pceptis. Nilo
quō est gradum in petis videndū est quō debeat sacerdos se
habe circa impositionem pnie. ¶ Circa qd sciendum q cōmu;
nis sententia doctoz tenet q oēs pnie sunt arbitrie. i. arbitrio
sacerdotis sunt taxande et hoc consideratis criminum quali;
tate et qtitate. Jtē persone dignitate officio pauperte infir;
mitate sub debilitate complexione consuetudine societate la;

chrymis deuotione religione et tẽporis qualitate ac oĩbus cir
cunstantiis supra positis. Et nota q̃ circa impositionem pe
nitentiarũ bonũ est scire casus pniales quos ponit hostiensis
in summa sua.ii.de pe.vbi dicit q̃ qui ipsos ignorat non me
retur habere nomen sacerdotis et debet confitenti petõri sa
cerdos declarare qui ad hoc debet esse discretus pniam.tñ po
test moderare secundum qualitatem et sic põt dicere pro quo
libet peccato tu debes sic penitere sed forte vita tua non suffici
ceret ideo do tibi talem.rc.pro omnibus petis tuis concedo ti
bi q̃ indulgentie facti prosint tibi et omnia bona que facies ꝛ
et mala que pro amore dei sustinebis iniungo pro pnia.vnde
leo papa. Tp̃a penitudinis.i.pnie habeta moderatione con
stituenda sunt tuo iudicio prout conuersorum.i.penitentium
animos perspexeris esse deuotos. Item in octaua sinodo fu
it positum in iudicio eorum qui presut vel q̃ to tp̃e vel quali
modo penitere debeant qui delinquunt.xxvi.q.vi Tp̃e.et cap.
Hoc sic hoc idem dicit hiero.de pe.di.i. Mensuram.s.in arbi
trio sacerdotis esse derelictum tẽpus pnie. Ut aũt magis par
ticulariter sciant simplices sacerdotes quomodo in impositio
ne pniaꝝ procedere debeant sciendum q̃ regulariter pro per
iurio adulterio fornicatione.homicidio voluntario et ceteris
criminibus capitalibus est septẽnis pnia imponẽda ꝛ hoc du
plici rõne:vna qr dñs precepit mariam sororem moysi ꝛ aarõ
lepra precussam per quã intelligitur lepra cuiuslibet pcti mor
talis septem diebus manere extra castra:et post mundationẽ
rediret ad castra hec ratio ponitur.xxxiii.q.iii.hoc ip̃m ꝛ scõm
hoc per diem intelligimus annum. Iuxta verbũ dñi dicentis
per prophetam. Diem pro anno tibi dedi. Alio ratio est vt si
cut per peccatum mortale pctõr amisit septiformem gratiam
spũsancti ita per pniam septẽnem eam recuperet. ¶ Notã
dum q̃ licet dictum sit pro eiusmodi criminibus sit imponen
da septẽnis penitentia tamen magis vel minus aspera debet
imponi prout maioritas vel minoritas criminis pensatis ce
teris circunstantiis hoc exposcit vt in sequentibus appare
bit. ¶ Sunt autem plures casus in quibus propter

peccantis dignitatem : vel peccati enormitatem imponitur maior penitētia vel etiam ex variis causis minor. Nam presbyter si fornicationē fecerit debet agere penitentiam.x.amor scdm formam traditam.lxxxii.di. Presbyterum. Et istud intelligunt quidam de simplici fornicatione. Alii vero et forte melius de incestu adulterio:et qui cognouit consanguineam vel affinem. Item si presbyter cognouit suam spūalem quā baptisauit:vel de sacro fonte leuauit:vel cuius confessionem audiuit vel in confirmatione tenuit:dz habere pniam.xii.annorum et dz deponi:et ipsa dz etiam relinquere res suas pauperibus et in monasterio deo vsq; ad mortē seruire. xxx.q.i. Si quis sacerdos. Item qui cognouit nominialē debet agere pniam decē annorum ⁊ similiter ipsa secundum formā positam.xxx.iiii.q.i. De filia.⁊ c. Deuotū. Matricida debet penitere decem annis scdm formam satis asperam positā.xxxiii.q iii. Latorē. Uxoricidie adhuc imponetur maior pnia.xxxiii. q.i. Admonere. Notandum etiam q parentibus in quorum lectis inueniuntur filii mortui ille ex cuius culpa totigit si sit solutus.dz induci vt intret monasterium eiusdem epatus vbi peccata sua deploret perpetua pnia. Si tñ non poterit ad hoc ꝓpter carnis fragilitatē induci/concedenda est ei licentia cōtrahendi matrimonium imposita sibi in seculo permanenti graui pnia. Similiter non debet induci ingredi monasteriū in aliis duobus casibus:quorum vnus est qñ alter coniugum viuit.nisi forte coniunx vellet similiter ingredi. Alius ca⁹ est si habeat filios paruus a qnibus non potest recedere nisi aliquis timens deum sine suspicione illos educaret si autem sciēter illud acciderit puta qr negligenter collocauit filium suum in lecto et in mane inuenit eum extinctum dz vt dicunt aliq doctores agere pniam.iii.annorum quorū vnus sit in qua et pane.extra de his qui occiderunt filios.c.i.ii.et.iii.q.i. Consuluisti pro homicidio casuali imponenda est penitētia.v.annorum qñ culpa precessit casum aliter nulla nisi forte ad cautelam.l.di.eos vero et duobus ca.sequenti. Et credo q idem est iudicium de homicido necessario/ de ista materia videtur in

tecta parte de decem preceptis de vicio sodomitico ꝙtum sit detestabile pz per aug.di ꝙ longe maius crimen est ꝙ matrē cognoscere.pz etiam ꝙ penam sodomitis inflictā qui in igne et sulphure de celo missis perierent. Istud etiā pctm clamat spīaliter in vindicta ad dñm.Unde in ge.dicit dñs.Clamor sodomorum ⁊ gomorreor venit ad me.qz vt dicit aug.Violatur per istud peccatum societas que in nobis dz esse cum deo cum ipsa natura ipse est actor/libidinis peruersitatez pollutur.xxxii.q.vii.Flagi.De isto etiam pctō dicit aug.videns deus in humana natura tm nefas contra naturā fieri fere delit incarnari.et infinita mala de isto nephando crimine possunt dici:est enim tante maledictionis ꝙ non solus actus sed etiā prolatio siue noiatio os loquentis:aures audientium iplaqz quodāmodo polluit elementa.Et istud male cogitant hyspani.Puer etm in cunabulis existentes et etiam mulieres multi ebzi postposita verecundia istud nefandum et execrabile verbum quod castellani nominant omnibus verbis suis immiscent vnde credo ꝙ pro hmōi nephandissimo crimine sit grauissima inungenda pena.Multa alia crimina ponuntur in diuersis capitulis in corpore decretorū pro quibus maior pena q̄ septennis est imponāda que dimitto hic. qz talia crimina de iure ⁊ consuetudine reseruantur iudicio eporū q̄s credo talia iura melī9 scire me.⁊ tm indistincte credo oēs pnias hodie esse arbitrarias.i.arbitrio sacerdotū tarandas prelatis cōtritione ⁊ conditione pctōz et oibus aliis circunstantiis. vt posset esse tanta cōtritio cōfitentis ꝙ p mario pctō esse modicā immo quasi nulla pnia imponenda. Sicut fecit dñs clemens papa quart9 qui dū equitaret quadā die p romā quedā mulier q̄ de remotis partib9 venerat accessit ad eū portās vnus paruulum puez in brachiis ⁊ voce magna cū magnis lachrymis clamauit pater sancte miserere mei peccatricis.et da michi penitētiā qz habui filiū meum quē hic porto a filio meo.Et papa corā oībus absoluit eā a pctō ⁊ imposuit ei penitentiam vt ieiunaret sexta feria per annuz in pane et aqua Et mulier recedens et remolucns secum granitatem petii et

paruitacem pnie credidit q papa non bene intellexisset eā et in castrinū accessit ad papā et confessa est sicut prius. papa absoluit eā imposita pnia sibi q diceret tria pater nr̄. Mulier itaq; recedens ⁊ secum vt prius peccatū pniamq; reuoluens iterato ad papā redit et corā oibus vt prius confessa est / quā papa absoluit imponens ei pniam q diceret vnū pater nr̄. ⁊ cum interrogaret papā quare ita modicam pniam sibi imponeret. Respondit papa. q plus ascendit contritio dolor ⁊ verecundia quam passa est ita publice confitendo pctm̄ suum q̄ si oibus dieb⁹ vite sue ieiunasset cum pane ⁊ aqua. exēplo ergo isto cōfessor in impositione pnie dz attendere cōtritionē dolorē ⁊ verecundiā cōfitentis ⁊ scdm q videbit maiorē vel minorē cōtritionem dz imponere maiorē vel minorē pniam. ¶ Notandum tn̄ q in pctō vbi debet fieri renunciatio sicut in symonia. vel restitutio sicut in furto rapina depredatione incēdio vsura fraudulētia et dolosa negociatione ludo scdm distinctionem suprapositā dz imponi pnia q renūciet aut restituat si pōt. si non potest q sic habeat aiam restituendi ⁊ doleat q nō pōt: et ꝓmittat q si deus det sibi de quo q restituet alias nō absoluatur nec ei penitentia imponatur. ¶ Notandū q sacerdos semper debet imponere pniam ꝑ contrarium correspondētē ipsi pctō vt superbo orōnē / auaro elemosinam / luxurioso ieiuniū. et si videatur expediēs peregrinationē vel loci mutationem vt sic maceret caro ⁊ refrenetur a delectatione ex mēoria facti vel aspectu persone vel loci cum qua vel in quo peccauit ⁊ perpetratū fuit pctm̄. lxxxi. di. Valet. xv. q. i. mulier. Notandum insuꝑ q sacerdos dz cauere ne imponat pniam seruo ꝑ quam fiat p̄iudiciū dn̄o nec discipulo ꝑ quam fiat p̄iudicium magr̄o nec ecōtra. Et maxie etiam caueat circa virū et vxorē ne imponat pniam talē alteri per quam ali⁹ possit deuenire in cognitione pcti. Sed pone aliq̄s confitetur de pctis suis ⁊ dicit se penitere. non tn̄ vult subire onus penitentie dicens se delicatū ifirmum ⁊ male cōplexionatum: et similia quid faciet de isto. Dico q si dicat se penitere de pctis et ꝓponat decetero abstinere cū allegat infirmita

